migrandū eſt,ſi uelim & mihi & rebus meis ſalubriter eſſe conſultū,ſed q̄m tēporum eſt habenda ratio, nunc mihi ueſificādum eſt pro uentorū flatibus.Quo ſit,ut in proximum quoq; annum hic futurus ſum.Vis autem peſtilentiæ , quod noſſe uis,iam prope omnis contabuit. Vale. Ex Florentia, Calen.Nouembribus. M. cccc. xxx.

Franciſcus Philel Ioanni Auriſpæ. S.

Libros quos alteri cōmendauit,repetit.

MOuerunt mihi riſum literæ tuæ,q̄bus Macrobiū, atq; Dionē,quos cōmodato acceperas,repetēti rndeſris,eos me tibi dediſſe dono, quo tpe Cōſtātinopolim ſum profectus ad regē Romanorū Sigiſmundū.Et ita nī teris oratorie mihi probare tuū cōmentū,ut niſi iuuenis adſmodū eſſem,me putarē oblitū mei.At uereor,q̄m ſenectutem attigeris ne ipſe obliuioſus ſis factus. Nā ſunt qui ſenectuti imbecillitatē memoriæ aſcribāt. Ego enim memoriter meminī,cū eſſem triremē prope incenſurus,petiſſe te,ut duos illos codices ad reditū uſq; meū ex Pānonia,tuæ fidei cōmendarē,tutius enim eos apud te futuros,q̄ domi.Cū uero Conſtātinopolim reuertiſſem,tu aberas in Italia.Quod ſi poſtea q̄ in Italiā rediſſ,illos ſerius repeto,nolo ob id putes me eſſe oblitū mei.Quare te rogo,ut eos iure poſtliminij uti ſinas. Quod tum feceris,cū libri ad me reuerterint.Vale.Ex Floſrentia pridie Idus Septembres. M. cccc. xxxi.

Franciſcus Philel.Ioanni Lamolæ. S.

Conductum ſe ait in triennium.

NE aut te,aut alios,quos huc diſcendi gratia uenturos p̄dicas,ancipites teneā ad proximū menſem Iuliū,maximo cū totius huius ciuitatis conſenſu , ac

ſtudio cōductus ſum p̄mio aureorū trecētorū q̄nquagenorū in ſingulos annos pro toto triēnio, cuius q̄dē ſtatuti t̄pis initiū eſt.xv.Cal.Nouemb. Qđ t̄pis curriculū faciat deus optimus maximus, ut cum minima inuidorū in me moleſtia liceat p̄currere. Vale. Ex Floren. Calen. Aug. M. cccc. xxxi.

Franciſcus Philel. Nicolao Arcimboldo, Iurecōſulto. S.

Singulariter Æneam Syluium cōmendat amico.

EX qua die te Bononiæ primū uidi, cum legatus præſtantiſſimi Mediolanenſium ducis Philippi Mariæ illac iter faceres, tāta me tibi beniuolētia deuinxiſti, ut oīa me tua cauſa facturū libēter ultroq; receperim, & tu item contra mihi oīa tua ſtudia, & officia es pollicitus. Itaq; tēpus obtulit, ut ipſe anteuertā, cum anteuerti libentius uellem quippe qui in honeſtare opera tua, opeq; uti uelim. Qui meas tibi literas reddidit, iuuenis eſt Senenſis, Æneas Syluius nomine, honeſta natus familia, mihiq; chariſſimus; non ſolū ꝙ annos duos meus auditor fuit, ſed etiam quod ad ingenij acrimoniam, dicendiq; leporem attinet, moribus eſt & urbanis, & cultis. Cupiditate autē ductus uiſendi Mediolani ad uos uenit. Quid multis? hominem tibi tanto ſtudio commendo, ut maiore nequeam. Quicquid in hunc uel officij, uel opis contuleris, in meipſum collatum exiſtimabo. Adhortationem autem illam tuam neque ſum oblitus, nec obliuiſcar quidem, quin ac ipſa de re meus Aeneas iſte tecum uerbis meis quædam commentabitur. Vale. Ex Florentia, Nonis Nouembribus. M. cccc. xxxi.

Franciſcus Philel. Antonio Panormitæ. S.

Conſuli ſibi, ſuiſq; rebus petit.

Ego

EGo mi Antoni mallem iſtic eſſe, ubi quietior mihi (ut exiſtimo) uita offerretur, q̃ Florentiæ. ubi omnia ſunt tumultuaria, plenaq; inuidiæ. Ad quod animi conſilium, cum multi me hortantur, tum Guarinus noſter in primis. Sunt mihi Mediolani amici nonnulli, ſed Guarnerius Caſtellio, & Nicolaus Arcimboldus, & Aloyſius Crottus omnium primi. Cum iſtis igitur uelim de re mea aliquid commenteris, & quod ipſi hanc in ſententiam dixerint, ad me & q̃primum, & q̃diligentiſſime perferrendum cura. Nam ſi honeſta mihi conditio fuerit oblata, eam non detrectabo. Vale. Ex Florentia iij. Idus Iulias. M. cccc. xxxij.

Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.

Factionem Florentinorum moleſtam ſibi eſſe dicit.

QVo in ſtatu poſitæ ſint res meæ, non eſt difficile iudicatu. Vniuerſa hæc ciuitas factionibus tumet. Nec diu abeſſe poteſt, quin pariat maximi quippiã mali. Præterea noſti qui mihi aduerſi ſunt. Vbiq; gentium malim eſſe, q̃ Florentine. Vale. Ex Florentia. iij. Idus Decembres. M. cccc. xxxij.

Franciſcus Philel. Franciſco Barbaro. S.

Commendat amico quendam.

NOſti iampridem quanta mecum familiaritate, atque beniuolentia iunctus eſt Antonius Caparorenſis. Qui quanq̃ ſua probitate, & innocẽtia tibi debeat eſſe chariſſimus, tamen ut mea etiam cauſa aliquid cumuli accedat ad priſtinam tuam in eũ benignitatem, te etiam atque etiam rogo. Vale. Ex Florentia. iij. Calen. Ianuarias. M. cccc. xxxij.

Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.

Pollucem repetit.

MIhi Polluce meo uehemẽter eſt opus. Itaꝗ rogo te,ut eum ad me ire q̃primum cures. Nã iſtum tibi tãtiſper uſui dedi, donec abs te repeterem. Quare fac ne ſecundũ hac de re ad te ſcribam. Vale.Ex Florentia.iij Calen.Ianuarias. M. cccc. xxxij.

Franciſcus Philel. Ambroſio monacho. S.

Admonitus a quibus caueat.ſuo more uti ſe uelle rñdet.

LIteræ mihi tuæ ſemꝑ gratiſſimæ fuerunt,& in pñtia q̃ antea lõge gratiores.Indicãt enim dilu cide,ab q̃bus mihi cauẽdũ ſit.Verũ utar equidẽ more meo,ut & nemini noceã,& laceſſitus in= iuria me uirũ eſſe meminerim. Vale. Ex ædibus noſtris Flo rẽtiæ.xiij.Calen.Februarias. M. cccc. xxxiij.

Franciſcus Philel. Thomæ Sarzanenſi. S.

Maturari promiſſa petit.

PLacuerũt quæ ſcripſiſti mihi uerbis reuerẽdiſſimi cõisꝙ patris Cardinalis. Nec aliud qc q̃ habeo qđ rñdeã,q̃ maturato opus eẽ. Nã hic oĩa ſunt turbu lenta,& mihi nequaq̃ tuta. Cãm tibi iampridẽ ſignificaui. Cura igitur,ne fruſtra mihi ſcripſiſſe iudiceris. Vale, & me clemẽtiſſimo patri Cardinali & cõmendatũ, & charũ reddito.Ex Florentia.xiij.Calen. Apriles. M. cccc. xxxiij.

Franciſcus Philel. Carolo Aretino. S.

Inimicũ corripit, ꝙ ſibi inſidietur.

SVnt nõnulli qui me monuerint,ut mihi a te caueã. Moliri enim te mihi neſcio quas ĩſidias,ut qui eru ditione, & probitate nequeas, facinore mihi no= ceas.

ceas. Sum equidem id miratus, ꝙ neque deum metuens, nec hominũ famam tanto ſceleri te obnoxiũ ſis facturus, præſertim cum nullam habes iuſtã aduerſus nos cauſam. Non enim *mihi uitio dandum eſt ſi te doctior exiſtimor, magiſq; diſertus, ſed ingenio, ignauiæq; tuæ, qui ſi ita literis & bonarũ artium diſciplinæ operam dares, ut exercendo fœnori, & flagitio, eſſes me fortaſſe multo ſuperior.* Nam *ꝙ iactites his Anchoris te munitum, ut nullos fluctus, nullos turbines pertimeſcas, uidi ego perſæpe tantum eſſe uentorum impetum, ut nullæ anchoræ, nullum robur, nulla alia munimina ſatis ſint, quæ ualidiſſimas etiam naues tueantur, quo minus obruantur fluctuum uorticibus, ac patiantur denique naufragium. Itaque prudentius feceris, ſi rationi malueris, q̃ perturbationi parere, quarum altera excutit ex hominum mentibus tenebras inſaniæ, perturbatio uero lucem ſapientiæ.* Tu *de me* Carole *nihil habes, quod iure queas expoſtulare.* Nam *neque publice, neque priuatim nocui tibi unquam.* Q*uin ut ſcis, nonnunquam es a me pulcherrime laudatus, uel tum maxime cum a quibuſdam grauibus, integerrimiſq; uiris eſſem commonefactus, te mihi moliri inſidias.* Id *enim iccirco ab me factum eſt, ut aliquando te puderet tui, atq; reſipiſceres. Sed quãtum poſſum augurari, tanta eſt uis morbi, quo inuidentia te excruciat, ut nullis neque humanitatis, neque admonitionis remedijs ad ſanitatem redeas. Me tamen nullæ tuæ mouebunt iniuriæ, quo minus pergam ſimilis eſſe mei.* Vale. *Florentiæ, ex ædibus noſtris, Idibus* A*prilibus.* M. *cccc. xxxiij.*

Franciſcus Philel. Nicolao Nicolo. S.

Inimicum uilipendendo arguit improbitatis.

EGo te Nicolae Nicole, uel ex uſq; Cõſtantinopoli ex Chriſolora ſocero meo ſapientiſſimo, clariſſimoq; uiro, quo eſſes ingenio q̃bus moribus, ad unguẽ didicerã. Cunq; poſtea in Italiã reuertiſſem, eadẽ, ac ẽt plura, tũ ex Guarino Veronẽſi, tum ex Ioãne Auriſpa, uiris prudẽtiſſimis, & apprime eruditis audierã. Nec deſtiti tñ ea p̃ſtare oĩa, q̃bus te mihi ſumma beniuolẽtia deuincirẽ. At nullis meis nec officijs, nec meritis potui te alium reddere, q̃ eſſes & iam factus, & diuturna conſuetudine confirmatus, q̃ppe qui tibi magne laudi ducas, ſi p̃ſtare id queas ut uiri oẽs docti, & boni tua opa, & induſtria Florẽtia extrudantur. Itaq; gloriaris & Chriſolorã Florentia eſſe a te expulſum, & Guarinũ, & Auriſpam ambos turpiter eiectos, reliquũ eſſe Philelphũ unũ, quẽ aut breui exulẽ facies, aut male afficies. Quid iſta ſibi tua uelit oratio, non intelligo. Nõ enĩ eiuſmodi ſunt nerui tui, ut mihi quicq̃ poſſis incommodare. Nã q̃d ad Florentiã attinet, ego mea ſponte inuidiæ cedere inſtitui, nõ minis tuis qui nullarũ es uirium, nulliusq; authoritatis uir, nõ metu potẽtioris cuiuſpiã, cuius opibus, audaciaq; inſanis, ſed ut uiuã ipſe mihi liber cũ muſis. Vides tu ſane, niſi penitus mentis luminibus captus es, q̃ unus Philelphus uniuerſæ ciuitati charus eſt, & p iucũdus. Nihil neq; priuatim, nec publice petitur a me fruſtra. ſi lapides ipſi loqui poſſent, oẽs in meas laudes linguas ſoluerent. Mihi gratificãtur oẽs, q̃cũq; optarim, obſequũtur oẽs, inſeruiũt oẽs, Quis uir bonus, & grauis cui q̃ aduerſetur, bene promerito, promereriq; aſſiduiſſime ſtudenti? Velim mihi dicas, quod eſt ei ratũ aduerſus te meũ? Nõne oĩbus in rebus tibi uſq; morem geſſi? Quid habes quod mihi des crimini? Num ſinis te

uirum iam decrepitũ, & rerũ humanarum callẽtiſſimũ, ſeduci a uerſuta, maleficaq; uulpecula Carolo Aretino? Nõne aiaduertis aliqñ deprauatũ ꝑditiſſimi hominis, corruptũq; ingenium? An pateris eum uti te, ueluti inſtrumẽto quodam furoris ſui? Reſipiſce, reſipiſce tandẽ. Cõſidera annos tuos, Quãdiu nobiſcum futurus es? Quod ſi nullum putares fore diuini iudicis uel p̃mium, uel ſupplicium, hominũ tñ de tua uita, atq; moribus exiſtimatio tibi uerenda eſſet. Ego quod in me erit, ut nunq̃ præſtiti, ita tibi præſtabo nunq̃, nõ mõ inimicitiarũ, ſed ne minimæ quidem uel ſimultatis, uel indignationis materiam. Vale. Florentiæ ex ædibus noſtris, Idibus Aprilibus. M. cccc. xxxiij.

Franciſcus Philelphus Cincio Romano, Apoſtolico Secretario. S.

Hortatur amicũ, ut promiſſa opera compleat.

QVam mihi ſpem iampridẽ in urbe Roma corã recepiſti, ut eã mihi ꝑducas ad finẽ, te etiã atq; etiã rogo. Nunq̃ (mihi crede) intermorietur apud me officiũ tuũ. Noui bonitatẽ animi tui, noui integritatẽ, benignitatem præſens expertus es. Scio non falles opinionẽ de te meã. Reliquũ eſt, ut cœpta perficias. Vale. Ex Florentia pridie Calen. Maias. M. cccc. xxxiij.

Franciſcus Philel. Ambroſio monacho. S.

Gratias agit officioſo amico. Item excuſat ſe, q̃ promiſſum non perfecit.

DE re mea te multũ habuiſſe ſermonẽ cũ uiro clariſſimo Coſmo Medice, & eum de me amiciſſime ſentire uehemẽter gaudeo, p̃ſertim cũ te (ut ſcribis) ſanctiſſime receperit, mihi nõ modo nõ

eſſe formidandum mali quicquam, ſed ne cauendum quidem. Non enim poteram non ſubuereri, ne quid aduerſus me inſidiarum inſtrueretur. Verum miror quid Laurentius Coſmi frater, quotiens in me incidit, ſemper obliquat faciem, ſalutatusq́ a me reſpondet omnino nihil. Sed quoniam Coſmi fide debet mihi certius eſſe nihil, aliorum mores ferã æquo animo. De Diogenis autem Laertij uerſibus quod perurbane expoſtulas, ne mihi ſuccenſeas rogo. nam partim occupationibus meis, partim animi moleſtia. ob continuas inuidorũ in me inſidias, factum eſt, q̃ uerſus illos latinos facere (ut iuſſeras) diſtulerim in hanc diem. Sed geram profecto morem uoluntati tuæ, idq́ propediem, Diodorum Siculũ ad te dedi. Vale. Florentiæ, Ex ædibus noſtris. vi. Nonas Maias. M. cccc. xxxiij.

Franciſcus Philel. Bornio Salæ Iureconſulto. S.

Moleſtiam ſui ſtatus narrat.

ET te, & uniuerſam familiam tuam, immo noſtram ualere perbelle, libenter accipio, atq́ deum oro, ut ita q̃diutiſſime habeas. De me autẽ quod ſcire cupis, in freto nauigo Siculo, inter ancipites, æſtuãtisq́ procellas, & turbulentiſſimos fluctus. Exiſtimaram Bononiam ſolã ciuilibus factionibus diſſidere, ſed Florentia longe magis diſcordijs, ac ſeditionibus feruet. Vtinam huc aut ueniſſem nunquã. aut abire liceret pro dignitate, ſed neutrum mihi integrũ eſſe uideo. Nuncius mihi fuit impedimẽto, quo minus tibi potuerim oĩa explicare. Ignoſce, ac uale. Ex Floren. v. Nonas Maias. M. cccc. xxxiij.

Franciſcus Philel. Franciſco Barbaro. S.

Cauſam cunctationis oſtendit.

Accepiſſe te ſcribis mihi non cõmode eſſe Florẽtiæ, ita eſt ſane, ut accepiſti. Idq́ quod recte auguraris, nulla mea culpa. Ad uos autem redire nõdum mihi eſt integrũ. Cum licebit, te faciam meis literis certiorẽ. Nam totũ hunc annũ (id quod permoleſte fero) obſtrictus ſum reipub. Florentinæ. Occupationes meæ faciunt, ut tecũ hoc tp̃e longior eſſe nequeam. Vale. Ex Florentia. v. Nonas Maias. M. cccc. xxxiij.

Franciſcus Philel. Leonardo Aretino. S.

Rationem reddit, cur abierit.

Lapus Caſtelliunculus auditor, & familiaris meus, renuntiauit mihi tuo nomine abitionem iſtinc meam, & permoleſte tuliſſe te, q̃m priuatus eſſes iucũdiſſima noſtra conſuetudine, & rurſus probare, quia iſtic eſſe non poſſem ſine certiſſimo uitæ periculo. adeo quoſdã aĩaduerteras inuidiæ flammis aduerſus me indies magis magisq́ æſtuare. Vtrũq́ certe quod mihi ſignificaſti, præ ſe fert perſpicuum argumentũ ſingularis tuæ beniuolẽtiæ erga me. At ego ſane mi Leonarde, quanq̃ libenter agebã Florentiæ, cum ob alias plerasq́ cãs, tum etiã propter te eruditiſſimũ, & optimum uirũ, tñ eo magis æquo aĩo Florẽtia careo, q̃ inter iſtos flores multæ uiperæ deliteſcũt, & hæ quidẽ uenenoſæ, ac peſtiferæ. Nec enim te latet, quãta moderatione animi, quanta ẽt patientia ſemper tulerim inimicorũ inſidias. Itaq́ ne ſemper impendẽti naufragio ſubiacerẽ, ex iſtis quotidianis, & turbulẽtiſſimis fluctibus in proximã Senæ urbis ſtationem hãc me recepi. ubi tãdiu futurus ſum, donec aliq̃s ſecũdior flatus in tutiorẽ portum aliquẽ me conuexerit. Nam ne hic

quidē ſatis tuto me agere poſſe uideo,ꝑꝑ iſtorū propinquitatē,quibus uitam meā odio eſſe animaduerto.Sed hac de re ſatis.Tu uelim me facias certiorem de omni tuo ſtatu.Vale. Ex Sena.iij.Idus Apriles. M. cccc. xxxvi.

Franciſcus Philel.Alberto Zancario. S.

Reſponſurum ſe breui dicit.

ET *recte quidē tu mi* Alberte,*& peramice facis, ꝙ de me nunq̃ deſinis aliqd cogitare, & agere, quod honorificū mihi,& fructuoſum ſit.Conditio quā mihi proponis nominæ tuæ florētiſſimę reipub.talis eſt,ut eam non modo non improbē,ſed & probē potius,& laudē.Cæterū breui reſpondeo tibi.* Vale.Ex *Sena,pridie* Idus Apriles. M. cccc. xxxvi.

Franciſcus Philel.Petro Perleoni. S.

Certior fieri uult de ſtatu amici.

S*Ilentium tuum tam diuturnū,tanq̃ inuſitatū, ſuſpitionē mihi affert,neſcio quā.Itaq; ſi tibi bene eſt,ut & opto, & uolo, ſcribe ad me q̃primū, quo tecū una gaudeā.Sin ſecus eſt id, qđ minime omniū uelim, ſcribe etiā mihi,quo tibi cōſilio ſaltē prodeſſe poſſim.Vale.Ex Sena,pridie* Idus April.M. cccc. xxxvi.

Franciſcus Philel.Antonio Panormitæ. S.

Librū alterius ſe non poſſe mittere ait.

T*Erentiū quē eſſe apud me uoluiſti, illi ad te dedi,cui tu ꝑ literas dari iuſſeras.*Lucretius,*quem tātoꝑe flagitas, ſi meus eſſet continuo ad te iret. Sed de re aliena irreqſito dño,nihil mihi agēdū exiſtimo At nō reqſiui mō,uerūetiā rogaui, atq; oraui dñm eius codicis,ut ſineret me in re ſua liberalem eſſe.* Saxei *eſt*

capitis, ac plane inexorabilis. Nullo *pacto induci poteſt, ut* Neapolim Lucretius *nauiget, ueritus ne qui ob poculū amatorium furuerit, rurſus* Syrenes Parthenopes *ueneficio interceptus, inſaniat.* Vale. Ex Sena. iij. *Idus* Octobres. M. *cccc.* xxxvi.

Franciſcus Philel. *Leonardo Iuſtiniano.* S.

Increpat quendam, ꝙ ſibi res ſuas non reddat.

NEſcio quo tandē iure te adeo offirmaris, ut cō tra oē uel amicitiæ, uel humanitatis ius meos mihi libros, ac ueſtis non reſtituas. Tuæ *enim iuſtitiæ fuerat, qui te Iuſtinianū cognomines, ut quæ apud te depoſuerā, tuæꝙ fidei cōmendarā, mihi pro tua fide, tuaꝙ innocētia reſtitueres. Quare te & hortor, & moneo, ne me diutius uana ſpe ludas, ne iniuria me afficias, ne me ueteris amicitiæ noſtræ obliuiſci cogas.* Vale. Ex Se*na, Idibus* Sextilibus. M. *cccc.* xxxvij.

Franciſcus Philel. *Ambroſio monacho.* S.

Paruifacit inimicum.

PAucis rñdebo tuæ prolixiori epiſtolæ. *Ego amicitiā* Coſmi *medicis nolo, inimicitias cōtēno.* Nā et *īfenſi animi ſimulata beniuolētia nihil eſt ꝑnitioſius, et ego ita prudētiæ armis muniui me, ut nullas inſidias ꝑtimeſcam.* Vale. Ex Sena. v. Idus Decēb. M. *cccc.* xxxvij.

Franciſcus Philel. *Senatui, & populo Peruſino.* S.

Ignoſci ſibi petit, ꝙ uotis ſatisfacere nequeat.

ET *humanitatē erga me ueſtrā uehemēter amplector, & liberalitatem maximi facio.* Doleo *autē, & permoleſte fero, ꝙ his tēporibus litere mihi ueſtræ redditæ ſint, ꝗbus iam alijs fidē dederā.*

Hanc uero inuiolatã ut præſtem, & ipſe cogor, & uos idẽtidem uelle non dubito. Q d ſi tempeſtiue ueſtræ ad me literæ aduolaſſent, eſſem profecto deſyderio ueſtro incredibili mea cum uoluptate obſecutus, ornaſſemq́ ueſtram iſtã ſplendidiſſimam iuuentutem pro uirili parte, non modo eloquendi, ſed etiam uiuendi laudatiſſimis artibus. Quoniã igitur honeſtatem cauſæ intelligitis, ignoſcite mihi, ſi minus hac in re expectationi ueſtræ reſponderim. Valete. Ex Sena, Idibus Septembris. M. cccc. xxxviij.

Franciſcus Philel. Leonardo Aretino. S.

Loqui ſe ait per tabellarium.

QVic q̃d Saxolus Pratẽſis auditor noſter uerbis tibĩ meis expoſuerit, ſic habeto ac ſi corã ipſe tecũ loquerer. Nihil eſt enim dicturus tibi, q̃d ab me nõ dicẽdũ accepit. Vale. Ex Sena, Cal. Octob. M. cccc. xxxviij.

Fran. Phil. Catoni Sacco, iurecõſulto, & oratori. S.

Excuſatoria Epiſtola.

REdditæ mihi ſunt literæ tuæ Cato mi dilectiſſime, nõ Senæ, ſed Bononiæ, quo uenerã ad. xvij. Calẽ. Februa. Vt maturem ad uos aduentũ meũ. non eſt in me, ſed in Principe iſto noſtro, qui ſi fecerit, ut id mihi facere liceat per Bononienſes, quibus obſtrictus ſum, ad Auguſtũ uſq́ continuo te uidebo. Vale. Ex Bononia, Idibus Februa. M. cccc. xxxix.

Franciſcus Philel. Ioanni Tuſcanellæ. S.

Conſilium de profectione aperit.

DE me quod flagitas ſcire, ad proximas ſtudij uacationes quas uocãt, Mediolanum ſum petiturus, eo quidem conſilio, ut ſi quam mihi nobiliſſimus ille

Princeps

Princeps ſpem literis maximam pollicetur, re ipſa inuenero, apud neminem malim, q̃ apud eum uitam agere. Sin ſecus offendero, ad Venetos me recipiam. Nam nihil incertius, q̃ Bononiæ res ſecūdæ. Quāto enim fortuna blādius uidetur aſpirare, tāto magis aduerſi uētorū flatus metuēdi ſunt. Vale. Ex Bononia, Idibus Aprilibus. M. cccc. xxxix.

Franciſcus Philel. Raphaeli Fuſcherario. S.

Moram ſuam excuſat.

QVod diutius diſtulerim meū ad uos redditū, nulli culpæ mihi aſcribitote. Nam ego iampridē hinc ſoluiſſem, ſi liber eſſet Padi trāſitus. Sed cū id ſine literis ducalibus nemini liceat, atq; eas in hanc diem exorare nequiuerim, factū eſt, ut ſerior fiat mea hinc abitio. Quid autem ſit in cauſa, non intelligo. Quotidie mihi a Principe rn̄detur, q̃primū ſe mihi morem geſturū. Sed huiuſmodi q̃primū, nondum uſquam apparuit. Qui apud Principem & authoritate ualent, & gratia, me monēt ne ſim importunior, nō enim temere fieri. Itaq; meipſius ſum neſcius. Non deſiſtam tn̄ omnis obtūdere, qui Principi aſſiſtunt, donec liberam abitionē impetraro. Interea uero tēporis cōmendo tibi familiā meam, ſi quidem arbitraris me functurū egregiē meo erga te officio. Vale. Ex Mediolano, pridie Calen. Iunias. M. cccc. xxxix.

Franciſcus Philel. Alberto Zancario. S.

Gratias agit amico pro donis. Laudat Ariſteū, et rus amici.

ESt a te ſane prudenter factū, q; mihi ex itinere fatigato lac coagulatum miſeris, egebam enim iſtiuſmodi refrigerationis genere. Itaq; non minus te laudandum exiſtimaui, perinde atq; egre

gium coagulandi artificem quēdam, q̄ Ariſteus fuerit a priſcis Arcadibus laudatus. Is enim cū in Arcadia late regnaſſet, quo ſibi maiore beniuolentia Arcadas deuinciret, ꝑmulta (ut erat Princeps nō ſomnolētus, et obtuſus, ſed acri, ſtrenuoq; ingenio) & excogitauit, & adinuenit, quæ ad cōem hominū uel utilitatē, uel uoluptatē accederent. Quare is omnium primus, cum apum atq; mellis, tum etiā lactis uſum ad coagula inuenit, & hominibus tradidit, quãuis mellis authorem Naſo affirmet Liberum patrem extitiſſe. Tuum rus igitur non poſſum nō amare, cuius conſuetudine id te uideo aſſecutum, ut ad urbanas lauticias ruralem fœcunditatem adiungas. Nam cum lac ſolum ex omnibus cibis ad hominis naturam ſit ſatis. tum idem coagulatum delectat etiam plurimum. Quod autem ſcire uis quid egerim apud excellentiſſimum Principem Philippum Mariam, cum in præſentiam ueneris, omnia narrabo tibi. Vale. Ex Mediolano. xvi. Calen. Iunias. M. cccc. xxxix.

Franciſcus Philel. Ioanni Antonio Brixiano. S.

Venturum ſe ait.

VEſperi mihi redditæ ſunt literæ tuæ. Itaq; cras ad uos ibo. Nam ante id tēpus hinc ſoluere non licuit, cum mihi in hanc diem nullus ſit equus. itaque ignoſce breui meæ huic moræ. Vale. Ex Ticino. v. Calendas Decembres. M. cccc. xxxix.

Franciſcus Philel. Honofrio Strozæ. S.

Succeſſus ſuos narrat, & amicum latenter allicit.

QVod fortaſſis apud uos nondum increbruerit, ego apud hūc ꝑſtãtiſſimū principē Philippū Mariam, ex illis hetruſcis, turbulentiſſimisq; fluctibus, tanq̄ in

in tranquillum, atq; ſecurũ reliquæ uitæ portum me recæpi. Vbi oĩa mihi affatim ſunt oblata, quæ nõ ſolũ ad emolumenta, ſed ad dignitatẽ attinẽt. Vtinã mihi liceret tecum oĩa libere cõmentari, quæ & ipſe uellẽ, & tua noſſem intereſſe. Sed tẽporũ eſt habẽda atq; hominũ ratio. Nec enim me latet ubi lotorũ es, & q̃ tibi cauendũ ſit. Itaq; ferã æquo aĩo deſyderiũ meũ. Cæterũ illud unũ non reticebo, principem hunc meũ & patri tuo clariſſimo uiro, & tibi, & uobis omnibus optare oĩa pro uolũtate ueſtra, atq; nihil magis cupere, q̃ in omnibus rebus uobis per egregie prodeſſe. Tu ſi q̃d eſt, quod a me uelis, fac ut ſciam, & factum puta. Vale. Ex Mediolano, Nonis Decembribus. M. cccc. xxxix.

Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.

Librum ſe dicit ſub conditione miſſurum.

T*V ſemper aliquid petis, inſeruis autem raro, quid hominis ſis ignoro. Petis a me* Diona *Pruſænſem, quem equidem dabo ad te prope diem, ea lege, ut eum aliquando patiaris ad nos redire. Ibit enim codex ille ad te mutuo, non dono. Quamobrem facito, ut ex commodo tuo nihil mihi tandem incommodes. Tuſcanellam noſtrum opto bene ualere.* Vale. Ex Ticino, *Idibus* Decembribus. M. cccc. xxxix.

Franciſcus Philelphus Petro Ioanneto *philoſopho, ac medico.* S.

Arguit quẽdam, q; librum alteri non reddiderit.

R*Ogo te maiorẽ in modũ, ut meũ* Vergilij *codicẽ, ac item cõmentatorẽ* Seruiũ *cures q̃primũ* Bononiã *p̄ferri, &* Alberto Zãcario *cõi amico, noĩe meo reddi, Id quod in hanc diẽ nõ fe-*

ciſſe te, non poſſum non mirari. Nec enim debes oblitus eſſe, & qđ mihi cum iſtinc abirē, corā receperis, & quid poſtea ad te ſcripſerim. Fuerit igitur officij tui, ne diutius literis meis ſolliciteris. Idq; ut facias, abs te nō peto ſolū, ſed etiam contēdo. Vale. Ex Ticino. xv. Calen. Ianua. M. cccc. xxxix.

Fran. Phil. Petro Michaeli, equiti aurato, ac iurecōſulto. S.

Hortatur amicum.

CVm idoneus eſſet oblatus nuncius, cui meas ad te literas darē, uiſus es admonēdus, id qđ fortaſſis haud ignoras, te apud hunc humaniſſimū principē noſtrum ualere authoritate plurimū. Itaq; tibi op̄a danda eſt, ut bene promerearis. Qđ ſi feceris, ꝑmagnū es fructū cōſecuturus. Reliqua tu coram ex hoc iſto nūcio cognoſces. Nō enim oīa cōmittenda ſunt literis. Vale. Ex Mediolano, pridie Calē. Ianua. M. cccc. xxxix.

Franciſcus Philel. Bornio Salæ Iureconſulto. S.

Cauſam dicit cur deceſſerit.

DEſyderium de me tuū me non iniuria plurimum delectat, eſt enim plenum amoris p̄cipui erga me tui. Sed uelim ſcias, mutuū eſſe amorē noſtrum, planeq; ſingularē. Nō enim magis me deſyderas, q̄ deſyderaris a Philelpho. Dij malefaciant factionibus ueſtris, quibus diuina oīa humanaq; cōfunduntur. Iam iterum ad uos iui, eo ſane conſilio, ut a uobis nunq̄ decederem. Sed neſcio qua uel hominū peruicatia, uel fatali aſtro ſit factū, ut bis inciderim in atrociſſimas ueſtræ reipubli. procellas, atque tempeſtates. Muſis inter arma nuſquā bene conſultum eſt, ſed Bononiæ longe periculoſius. Itaq; habēda nobis fuit rō & dignitatis, & quietis. Ego iuſſu Principis mei adhuc

ago.

ago Papiæ, ad paucos dies Mediolanũ petiturus cũ uniuerſa familia, ubi mihi oĩa parata ſunt & ad cõmodũ, & ad dignitatẽ. Vale. Ex Ticino. iij. Idus Ianuarias. M. cccc. xl.

Frã. Phil. Petro Thomaſio philoſopho, ac medico. S.

Excuſat ſe.

IAm mihi integrum non eſt, ut tuo utar cõſilio. Sum enim huic excellentiſſimo Principi obſtrictus, nõ ſolũ fidei ſanctitate, quã præterire non licet, ſed maximis etiã beneficijs, quibus ſi abuterer, poſſem iure ingratitudini obnoxius fieri. At emori mallim, q̃ ulla uel minima inuri nota infamiæ. Itaq; rogo te per indiſſolubile amicitiæ noſtræ uinculũ, ut me dignitatis meæ rõnẽ habere patiare. Nã quo pacto me amicitia tua dignum iudicares, ſi forẽ iniuſtus? Q đ ſi iuſtitiæ fundamẽtũ eſt fides, patere æquo animo ꝙ promiſſa, atque conuenta inuiolate ſim ſeruaturus. Mors ipſa duntaxat nos ab hoc principe abſtrahet. Et meum in te amorem nulla neq; fortuna, nec temporum mutabilitas labefactabit. Vale. Ex Ticino, pridie Calend. Februa. M. cccc. xl.

Franciſcus Philel. Alberto Zancario. S.

Conceſſiſſe ſe ait in alium locũ, ubi in magno eſt honore.

VT ſcias quem in locũ miſſurus poſthac ſis tuas literas, ego nudiuſtertius cõceſſi Mediolanum cum uniuerſa familia, rebusq; meis omnibus. Eſtq; aduentus meus cum ab hoc præſtãtiſſimo Principe, tum ab uniuerſa repub. exceptus periucũde; adeo ut unus Philelphus oĩbus ſit in honore. Mirabile dictu eſt, q̃ ſum honoratus ab oĩbus. Bene cœpta ſecũdet deus. Q uod ſi fiet, nemo me uno neque fortunatior, neque beatior. Vale. Ex

Mediolano, Idibus Februarijs, M. cccc. xl.

Franciſcus Philel. Antonio Panormitæ. S.

Accuſat ſuperbiæ quendam.

IAm ditior factus es, id quod ea coniectura aſſequor, q̃ te ſuperbiæ obnoxiũ facias. Nã dũ nihil rñdes homini amiciſſimo, tot a me literis inuitatus, quid aliud eſſe rear in cauſa, q̃ ſupbiã? At ne illud te lateat uelim, in quo plus eſt fortunæ, in eo minus eſſe uirtutis. Quare tibi cauẽdũ eſt, ne dũ pecunijs diligentius inuigilas, negligentiorem te p̃ſtes circa ingenij, probitatisq; p̃ſtãtiã. Vale. Ex Med. pridie Idus Maias. M. cccc. xl.

Fran. Phil. Petro Thomaſio philoſopho, ac medico. S.

Hortatur amicũ ad uiciſſitudinem literarum.

QVod afficiaris maximo deſyderio uiſendi mei, habeo ſane exploratiſſimũ uel ex ea cõiectura, quam de meipſo facio. Qui enim nõ deſyderẽ te et uiſere, & cõplecti, & exoſculari, q cũ uetere, eaq; ſumma beniuolẽtia ſum cõiunctus? Accedit p̃terea uirtus tua, & doctrina, & eloquentia, & merita citro ultroq; collata. qbus ſane fit, ut noſtra utrinq; memoria nullo nec locorũ, nec tẽporum interuallo extingui queat. Cæterũ qñquidẽ qđ uelimus fieri neqt, id uelimus qđ queat neceſſe eſt. Vtẽdũ igitur nobis eſt mutuo ſcribẽdi officio, ut quod lingua nõ põt, arũdinis præſtet uiciſſitudo. Id & facillimũ eſt utriq̃ noſtrũ, & iucundũ in primis. Et quo initiũ detur hmõi muneri, peto abs te, ut me facias certiorẽ de rebus õriẽtalibus, maximeq; de Turcis, ſi qd habes noui. Vale. Ex Med. iij. Nõ. Iuli. M. cccc. xl.

Franciſcus Philel. Andreotio Petrutio. S.

Amari ſe dicit, & inuicem amare.

Quod

Quod abſentis mei perpetua recordatione imaginē præ te feras (ſi enim ſcribis) nō poſſum equidē non lætari. Affers enim argumētum minime obſcurum egregiæ cuiuſdam beniuolētiæ in me tuæ. At ego quo itē aīo in te ſum, debes ex teipſo coniecturā facere. Et fieri ſane nullo pacto natura pōt, ut nō æque ametur qui uere amat. Itaq; tibi debes indubitato perſuadere, te mihi eſſe chariſſimū, idq; cū ob hanc iſtam cām, ꝙ me amas, tum etiā ꝙ ea uirtute uiges, ut dignus ſis qui ameris ab omnibus. Deſyderare aūt te pn̄tiā meam, hoc ſane in te eſt. Nā *ſi* Mediolanum *uiſere inſtitueris, quod eius rei te cum iſtic agerem aliqñ factturū affirmabas, & pn̄s pn̄tē uidebis* Phi*lelphū tuū, & multa cognoſces q̄ abſens attingere nunquam poſſis. Itaq; tuū erit, ut cum primū tibi facultas dabitur, huc uenias. Quod ſi feceris, magnā (mihi crede) uoluptatem cōſequere.* Vale. Ex Mediolano, *Nonis Iulijs.* M. cccc. xl.

Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.

Hortatur amicū ad librorū lectionē.

Otus es in librorum mercatura, ſed in lectura mallem. Quod ſi faceres, lōge melius & tibi, & muſis cōſultum eſſet. Quid enim prodeſt libros quotidie nunc emere, nunc uendere, legere uero nunquam? Ego quos uendam habeo libros nullos, emerem potius, ſi pecunijs abundarē. Quinetiam in hac pecuniarū difficultate, ſi quod opus oſtenderis, quod precio dignum cenſeam, enitar emere, etiam ſi ſeruire me oporteret. Declarabis igitur per literas, qui libri tibi, et quales ſunt uenales. Quod ſi feceris intelliges me nulla præmi inopia. Sum enim apud eum Principem*, apud quem egere poteſt nemo.* Vale. Ex

Mediolano.viij.Idus Iulias. M. cccc. xl.

Franciſcus Philel.Ioanni Tuſcanellæ. S.

Iudicium Philelphi de Quintiliano.

DE Quintiliani declamationibus qd ipſe ſentiam, paucis accipe. Equidem Quintiliani inuentionem uehementer probo, eſt ea enim & acuta, & prudens. Sed orationis eius filũ mihi ſane nõ placet, ſapit enim hiſpanitatẽ neſcio quã, hoc eſt barbariẽ plane quandã. Nullã habet elegantiã, nullũ nitorẽ, nullã ſuauitatẽ. Et quæ non p̃cipua mõ, ſed neceſſaria ſunt in oratore, neq; mouet dicẽdo Quintilianus, neque ſatis docet, nec delectat, ſed uidetur ſomnolẽtus quiſpiam, & incõpoſitus. Tenet fortaſſe Quintilianus, quantum ex eius ſcriptis animaduertere poſſumus, nonnulla cõmoda præcepta artis rhetoricæ Multa commemorat, multa colligit, ſed ita ſui diſſimilis eſt, ut quæ alios docet, ipſe ignorare uideatur. Verũ concedamus illi doctrinam, ſi ita libet omnino, mouendi tamen, delectandiq; nullã uim habet. Quæ quidem duo qui oratori ſubtraxerit, nõ oratorem illum, ſed aratorem demonſtrabit. Vale. Ex Mediolano.vi.Idus Iulias. M. cccc. xl.

Fran.Phil.Iacobo Caſſiano Cremonẽſi p̃sbytero. S.

Hortatur quendam, ut libros reddat.

VIctorinus Feltrenſis doctor tuus, ac idem erudi tiſſimus uir, mihiq; amiciſſimus, monuit me ſuis literis duos tibi meos dediſſe ad me codices, quorũ altero Euripidis tragœdia, altero mathematicorum libri cõtinentur, quos cum arbitretur pluribus iam menſibus mihi redditos eſſe, mirari ſe ſcribit, q nihil ab me literarũ ea de re acceperit. Itaq; te etiã atq; etiã hortor, meos

mihi

mihi libros q̄primū reddēdos cures. Quod ſi fortaſſe nemi- nē habes, cui tuto rem cōmittas, habeo iſtic hominē familia- rem & uirum optimū, Catonem Saccum chariſſimū & Iu- reconſultum, & Oratorē, & Philoſophum. Huic igitur iſti meos libros reſtitues, quo & officio tuo, & Victorino do- ctori ſatisfacias, mihiq́ pro tua liberalitate morem geras. Vale. Ex Mediolano. iiij. Calen. Octob. M. cccc. xl.

Franciſcus Philel. Georgio Carecto Iurecōſulto. S.

Arguit quēdam iniuſtitiæ.

NOn poſſum te non ingratitudinis accuſare. q́ rebus meis tādiu pro uolūtate uſus, & liberta tis meæ obliuiſcaris, & officij tui. Facis profe cto inhumane, ac mihi iam ſtomachum mouere incipis. Non enim puto aut in legibus inueniſſe te, aut alio quopiā iure, id uni licere tibi, quod nemini bono licet. Præ- ſta te oro & bonum tandē, & gratum uirum. Vale. Ex Me- diolano. iiij. Calen. Octobres. M. cccc. xl.

Franciſcus Philel. Thomæ Bononienſi. S.

Gratulatur cuidam, q́ magiſtratum acceperit.

NI mihi iter intercepiſſet tertiana febris, cui ipſe deus, ſuperiq́ oēs ad quartanā ita conti nuam quoq́ ac perennē inferant, ut q̄ celerrī me radicitus eam perdant, ueniſſem equidem ad te q̄primū, ut æque tibi corā gratularer, atq́ mihi mirifice ſum lætatus, q́ pro tua ſingulari uirtute maximisq́ meritis, in eo te loco humaniſſimus Princeps no- ſter conſtituerit, qui & excelſus eſt, & illuſtris in primis. Gratulor igitur abſenti abſens. Ac p̄cor immortalem deum, ut (quod certo ſpero) illud Biantis dictū, Magiſtratus uirū

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

demõſtrat, clare in te eluceat, hoc eſt, ut non meæ, et amicorum ſolum, ſed omnium expectationi probitas tua, integritasq́ rñdeat. Nemini enim dubitãdũ eſt, te indies magis atq́ magis apud noſtrũ Principẽ & authoritate, & gratia chariorẽ fore. Facies aũt pro amicitia, officioq́ tuo, ut cũ quid ocij nactus fueris, memineris noſtri. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris. iiij. Nonas Octobres. M. cccc. xl.

Franciſcus Philel. Thomæ Bononienſi. S.

Dicit ſe febre liberatum, & quo pacto.

Quod tibi exiſtimauimus non iniucundum fore opima ſpolia immortali deo quæ de hoſte infeſtiſſimo, febre illa tertiana uoueramus, nudiuſtertius detulimus, & nõ illa quidem in ferculo, ut Ioui Romulus, ſed in bona ſpe, bonaq́ fiducia, neq́ enim ferculorum mihi, nec uaſorum copia eſt. Nolim tamen putes adeo me redactum ad inopiam, ut ſi quid exiſto ueſtro delicato, & lautiſſimo aucupio ad me pro tua munificentia dederis, nullum habeam ferculum quo id commode ſim excepturus. Quod ſi quæſieris, quibus armis febris armis furoriq́ reſtiterim. Non equidem Æſculapij aut Apidis, ſed fere par pari retuli. Eam illa moliebatur ſitim, qua prope diem conficerer. Id ego animaduertẽs, eiuſmodi ſane inedia hoſpitem accipio, ut quod eſt in Attico prouerbio, longe ad coruos tranſire, q̃ meo hoſpitio uti mallet. Itaque liberatus omnino uideor edaciſſima, & moleſtiſſima hoſpite, quam uel cum ægritudine audio ad amiciſſimos noſtros optimosq́ uiros Marcolinum Barbauaram, & Dominicum Feruſinum ex itinere diuertiſſe. Quos uelim moneas, non bonum uultum hilaremq́ faciem impudenti illi petulantiſſi-

neq; beluæ oſtendant, ſed ab ſe potius q̃ primum, q̃ diligentiſſime, q̃ fortiſſime abigant. Et ſi nolint inedia, & ueneno utantur, & ſanguine. Vale, & me noſtro diuino Principi unice commenda. Ex Mediolano. vij. Idus Octobres. M.cccc.xl.

Franciſcus Philel. Antonio Peſſinæ. S.

Negligi queritur ab amico.

Cum erã abſens, erã apud te ſemp. Me diligebas, me p̃dicabas, me colebas, me oĩbus amicitiæ, et familiaritatis officijs proſequebare. Nunc aũt p̃ñs, neq; uideo te uſq̃, nec audio. Num quod oĩbus in rebus fere accidit, noſtri p̃ñtia tuam de nobis opinionem minuit? Nam quid eſt per immortalẽ deũ, q̃ ita obmutueris, ut nec audias, nec loquare? Quid de tua taciturnitate ſuſpicer, neſcio. Nam ſi tuæ occupationes te mihi uiſendũ prohibeant, at literis ſaltem quippiam obſtreperes. Vale. Ex Mediolano. v. Idus Octobres. M.cccc.xl.

Fran. Philel. Blaſio Axeretenſi Vicecomiti. S. D.

Accuſat eos qui cõmodo proprio amicitiã metiũtur.

Solent nõnulli tãdiu amicos colere, quoad eorum uel p̃ſentia uti, uel officio frui queãt. At ego huiuſmodi homines, uel aſſentatores potius, nihil charitatis, nihil omnino humanitatis præ ſe ferre cẽſeo. Declarãt enim ſe nõ tã amicos coluiſſe, q̃ priuati proprijq; cõmodi habuiſſe rõnẽ. Illorũ igitur mores p̃inde atq; ingratos, & plane barbaros deteſtari conſueui ſemp. Nihil enim amici recordatione mihi ſuauius eẽ põt. Qđ cũ in alijs ſemp, tũ in te uno in primis exp̃tus ſum. Nã incredibile dictu eſt, quãtũ me tenet deſyderiũ tui, de te

*dies ac noctes cogitare nõ deſino.*Tu *abſens mihi,ſemper es pſens.Iucundos noſtros,dulciſſimosq; ſermones crebra memoria mecum repeto.* Hac *una re abſentiæ tuæ deſiderium lenio hac una re oblector, ac lætor.Quod ſi quid ad me literarum dederis,exiliam ſane, gaudebo,exultabo,triumphabo.Quid abs te uelim intelligis.* Vale. Ex Mediolano, Idibus *Octobribus.* M. *cccc. xl.*

Franciſcus Philel.*Franciſco* Picolpaſſo, Me*diolanenſium Archiepiſcopo.* S.

Hortatur,ut rus relinquat.

QVod *ruri te contineas,quo tpe pp ſubeuntem iam hyemem urbs maxime colenda eſt,nõ poſſum non mirari.nam ſolitudo iſta quid tibi iucũditatis afferre poſſit,non intelligo.Quod ſi ocium q̃ negocium te malle dixeris, at memineris non te ad ocium,ſed ad negocium,hoc eſt,non tibi,ſed bonis omnibus natũ.Quare cũ ab uniuerſa ciuitate deſyderaris,tui fuerit uel officij uel benignitatis,relicta iſta ſolitudine ruſtica, te q̃primũ urbanũ fieri.Qđ ut facias,etiã atq; etiam rogo.*Va*le.*Ex *Mediolano prid.Idus Octob.* M. *cccc.* xl.

Franciſcus Philel, Petro *Michaeli, militaris dignitatis uiro ac* Iureconſulto. S.

Abſentem magis q̃ pſentem laudandum eſſe dicit.

Item iocatur de quodam flagitioſo.

TVa *in me plurima officia, & beniuolẽtiam ſingularẽ,nullã unq̃ apud me delebit obliuio.Nã & amabo te ſemp,& illuſtres, ac pclaras uirtutes tuas quaſi ppetuus aliqs buccinator pdicabo,diuulgaboq; apud oẽs.* Ingratus *ſane ille mihi uideri*

ſolet, qui non pleniore quodam ore de abſentis, q̃ de p̃ſentis amici laudibus loquatur. At *qui præſentem laudat, & ſi recte, atque uero id agit, aſſentationis tamẽ crimini apud pleroſq; uidetur obnoxius. Eſtimatur enim id non tam ex animi ſententia, q̃ alicuius uel ſuſcepti, uel ſperati cõmodi gratia cumulatius facere, q̃ par ſit. Sed ne quod in alijs probare non ſoleo, in eo ipſe in præſenti peccauiſſe cenſear, qui te per literas quaſi coram laudem, hac de re ſatis ac ſuper.* Nã *quod ab me tibi debetur, melius fieri, q̃ dici uolo. Scire admodũ cupio, quid iſtic apud uos geritur.* Non *enim te lateat, q̃ ſummopere Senẽſis reipub. quietẽ trãquillitatẽq; percupio.* Quare *cum aliquorũ hominũ ſeditiones audio, & conatus peſtiferos, doleo equidem æque ac debeo.* In *primis autem de* V*rbano belua* (*huic bello dicere uolui*) *certior fieri uolo. Increbuit enim apud nos, p̃ſtantem iſtum, ac pudicum uirum, & ciuẽ optimum mori decreuiſſe.* Ideo *ego miratus ſum ualde.* Nam *quo pacto moriatur, qui nunq̃ uixerit?* V*erum ſi quã aliã mortẽ oppetere fortaſſis inſtituerit, q̃ impuri, & obſcœni homines, ſuiq; ſimillimi conſueuerunt, uelim ſuas res geſtas memoratu dignas ad me perſcribat, quo eius nomẽ ĩmortalitati cõmendẽ.* Et *ut intelligas, ſi qd etiam in hoc dicẽdi genere* P*hilelphus ualet, orationẽ funebrẽ ad te dedi, quã ſup̃ioribus diebus habuimus in* T*hodeſchini ſepultura.* Hanc *autem ſi urbani ſacerdotaria iſta uxor audierit, non uereor fore, ut cornigerum uirum ſuum non hortetur modo, ſed etiam agat continuo ad interitum.* Vale. Ex *Mediolano*. xiij. Calen. Nouembres. M. cccc. xl.

F*ranciſcus* P*hilel.* C*attoni Sacco Iurecõſulto.* S.

Promittit officiũ ſuũ, & libros repetit, & epiſtolas petit.

HOdie mihi redditæ ſunt literæ a Theodoro Gazæ,uiro ſane tũ ingenio,tum facũdia ſingulari,ac plane digno,quẽ nõ modo diligamus,ſed ẽt amemus.Quid uelit,intelligo.Rẽ quantũ erit in nobis,ex ſentẽtia conſequetur,ſed tua & ope,& opa opus eſt. At de his poſtea.Ego libros noſtros uehemẽter expecto. Facito,ſi me amas,eueſtigio ad nos aduolẽt.Cũ Theodori epiſtola nullas tuas accepi literas. Caue,ne te poſthac uel negligentiæ,uel moroſitatis accuſaturus ſim.Vale.Ex Mediolano.vij.Calendas Nouembres.M.cccc.xl.

Fran.Phil.Gerardo Leãdriano Cardinali Comẽſi. S.

Gratias agit,& Moſei uitã trãslaturũ ſe ſpõdet.

FEciſti mihi rẽ ꝑ gratã,ꝙ Philonẽ meũ,imo noſtrũ ex Auriſpa recuperatũ ad me dederis.Qđ aũt Moſei uitam,quã idem Philo & copioſe,& elegãter apud Græcos,& græce ſcripſerat,in latinũ ab me tãtopere uerti poſtulas,& audiui libenter,& obtẽperabo libentiſſime.Itaqꝫ factum puta,quod iubes. Nulla te tua de meo erga te animo fallet opinio.Iam operi me accingo.Vale.Ex Mediolano.iiij.Calen. Nouembres. M.cccc.xl.

Franciſcus Philel.Nicolao Puteo Cremonẽſi. S.

Excuſat ſe,ꝙ ſerius rñderit. I[illegible]m laudanti ſe reſpõdet.

ET ſerius rñdi tuis ad me literis,et breuius fortaſſe q̃ uelles,quorũ alterum aduerſæ illi ualitudini dato,qua duos circiter mẽſes,uel per intercapedinem laborauimus,alterum publicis meis,ac priuatis occupationibus,qbus prope obruor.Legi aũt tuas literas libẽter,q mutuã inter nos adoleſcẽtiæ noſtræ beniuolẽtiã,conſuetudinẽ,diſciplinã cõplexus es.Qđ aũt mirificis me laudibus extu

leris, id ſingulari quadã, & exuberãti amoris abũdãtia abs te factitatũ exiſtimo. Nã *neq; uir amiciſſimus ſimulq; mode ſtiſſimus aſſentaris, nec iſtiuſmodi mihi eſt de te opinio.* Re *liquũ eſt, id tibi perſuadeas, quod & recte, & uero potes fa cere, te mihi eſſe chariſſimũ, & eo magis indies fore, quo te animaduertero non obliuiſci Philelphum tuum.* Vale. Ex Mediolano. iij. Calen. Nouembres. M. cccc. xl.

Franciſcus Philel. Iacobo *Caſſiano presbytero.* S.

Excuſationẽ *accipe ſe dicit.* Deinde *quẽdã cõmẽdat amico.*

N*On tam mihi moleſtũ fuerat, q; ſerius meos mihi libros reddẽdos curares, q̃ in pñtia et iucundũ eſt, in primisq; ſuauiſſimũ, q; tam modeſte, tanq; perhumane literas ad me dederis, quibus te non mõ expurgaris, ſed totũ ſane meũ & eſſe, & fore oſtẽderis.* Q*uare cũ tuã excuſationẽ, tũ multo magis teipm nõ inuitus admitto.* Itaque *uel* Victorini *noſtri, uel tuijpſius cã oĩa de me tibi potes affatim polliceri, quæ & uſui tibi et honori fu tura ſint.* Et *de his ſatis.* Venit *iſtuc nuper (ut ſcis)* Theodo*rus* Gazes, *uir certe & diſertus, & eruditus, quẽ & ſi cer to ſcio, nõ amabis ſolũ ſed cumulatiſſime amabis, tamen mea etiam cauſa uelim ita ames, ut nulla prorſus fieri queat ad amorem acceſſio, hoc erit mihi tam gratum, q̃ quod omnium maxime.* Vale. Ex Mediolano. vij. Calendas Decembres. M. cccc. xl.

Franciſcus Philel. Simoni *Arigoni.* S.

Amici ſtudiũ in literis adhortatur.

E*T ſuperbia a me nihil alienius, & gratitudine apud me nihil antiquius.* Q*uare cũ tuis ad me offi cij plenis, humaniſſimisq; literis reſpondeo, non*

modo ſuperbiæ crimen effugio, ſed etiã nomẽ gratitudinis mihi perpulchre uendico. Mirifice *amplector amorẽ tuum, ac tua humanitate, facillimisq́ moribus, & modeſtia ſingulari delector plurimum.* Ingenij *uero tui uiuax, præſtansq́ dexteritas, maiorem in modũ pergrata mihi, & periucũda eſt.* Video *enim te tua illuſtri laude eam mihi laudem allaturũ, q̃ pulcherrima ſit, et maxima.* Non *enim iſtiuſmodi tuus ornatus, quo in literis uteris, mediocrẽ de te, tuaq́ facundia ſpem quandã pollicetur.* Itaq; *te etiã atq; etiã hortor, ut oẽm operã, diligentiãq́ tuã eloquentiæ, & humanitatis ſtudijs, ſicuti facis, accõmodes.* Magna *enim animus meus de te ſ ſagit.* Vale Medio. *ex ędibus noſtris.* vij. Idus Decẽ. M. cccc. xl.

Franciſcus Philel. Matroniano Braſchæ. S.

Amorem in laudando oculis carere dicit. Deinde pro munere gratias agit.

QVod *me tuis literis non mediocriter extuleris, feciſti tu quidem perhumane, & amice potius q̃ uero.* Non *enim is ſum, qui meipſum non norim.* Sed *tu illud uerиſſimum eſſe liquido declaraſti, quod uidentur poetæ fabulari, amorem oculis carere, æque enim amicus falli de amici iudicio, atq; de inimici inimicus plerunq; ſolet.* Nam *& hic odio, & ille amore nimio affectus, ueritatẽ nequit internoſcere.* Facile *tñ patiar erratum tuũ, quippe quẽ longe malim amicũ mihi, q̃ ſecus.* Verũ *illud de me tibi pollicearis.* Liceat *te mihi eſſe chariſſimum, & eo me fore indies chariorem, quo te familiarius uti potero.* Munuſculũ *aũt tuum & ſi nequaquã deſiderabã, non potui tñ non uehementer probare uel* Epicuri *ſentẽtiam.* Nihil *enim in eo ad uoluptatẽ defuit, & amplũ erat, & ſuauiſſimum.*

mum.Nolim tñ poſtbac tam grandi ære obruas Philelphum tuum.Nã hæc ſatrapis,& regibus,non pauco,uiliꝙ contentis,ac philoſophis,dono mitti conſueuerũt.Vale. Mediolani ex ædibus noſtris.Calen.Ianuarijs. M. cccc. xli.

Franciſcus Philel.Alberto Zancario. S.

Excuſat ſe.

QVod pluribus hortaris,libenter agerem , ſi liceret.ſed nihil apud me licet, quod honeſtati aduerſetur.Plurima ſunt, & maxima huius in me Principis beneficia. Itaꝙ nũquã patiar me ingratitudinis accuſari. Præterea non eſt conſtantis,& grauis uiri.quotidie mutare ſedes. Vale. Ex Mediolano. x. Calen.Februarias. M. cccc. xli.

Fran.Phil.Petro Thomaſio philoſopho,ac medico. S.

Conſilia laudat amicorum.

*AVdiui quæ ſcripſiſti oĩa,& Barbari noſtri cõſilium laudo,& nõ minus tuum. Illud tñ malim effectum iri,quo ad eius fieri poſſit.Eſſet enim multo res tutior.Ipſi tñ uideritis quid facto ſit opus.Vale.*Ex Mediolano.xij. Calen. Martias.M. cccc. xli.

Fran.Philel.Liberio Bonarello equiti aurato. S.

Laudat quẽdam,ꝙ patrẽ in uirtute imitetur.

ES tu quidẽ pietatis laudandus, ꝙ uel mortui patris memoriam colas. Exiſtimo enim me iccirco abs te amari,ꝙ ſcias ꝗ̃ charus fuerim patri tuo, grauiſſimo & clariſſimo uiro.Nam ille me quoad uixit,cunctis beniuolentiæ & benignitatis officijs proſecutus eſt. Quare cũ Ioãnes Marius filius tuam in ſe facilitatem & liberalitatẽ expoſuiſſet,mirifice ſum lætatus. Vide,

re enim ſum uiſus,me ueluti rediiſſe in ſucceſſionē,non tam amiſſæ,q̄ intermiſſæ beniuolentiæ.Nam quod in patre amiſiſſe exiſtimaram,intelligo in te filio recuperaſſe.Itaq; mihi plurimum gratulor,ꝙ tam mirifice abs te diligar.Vt autem intelligas q̄ tibi in amore reſpōdeam,quod uelis,periculum facito, totus enim ſum tuus. Vale. Ex Mediolano. Idibus Martijs. M. cccc. xli.

Franciſcus Philel.Franciſco Barbaro. S.

Excuſationem admittit.

HVmaniſſimā excuſationē,qua ī proxima es uſus epiſtola,non inuitus admiſi.Noui enim occupationes tuas,& priuatas,et publicas.Sed ſum mīratus,ꝙ de libris noſtris ne unū qdē feciſti uerbū.Itaq; rogo te,ut ad ea quæ mō ſcripſi tibi,diligēter rn̄deas.Vale. Ex Mediolano.x. Calen.Apriles. M. cccc. xli.

Fran.Philel.Danieli Venturio Patritio Veneto. S.

Veterem amicitiam ſe colere ait.

CVm indignum exiſtimarem,ut qui pn̄tia eſſem a te diſiūctus,non æque ſermone literario qn̄q; cō iungerer,ut beniuolētia,& obſeruantia ſemper ſum,hæc uel paucis ad te ſcripſi, ac ne id quidē quod noui quicquam acciderit, ſed ne fortaſſe negligentia quapiā id accidiſſe opinareris,hoc eſt,ne propter uos quotidie amicitiæ amicos ueteres,eosq; beneficos oblitus poſſem a quoq̄ iudicari.Ego te mi Daniel & amaui ſemper & colui, quippe qui multiplicis tuas præclarasq; uirtutes admiratus ſim,& admirer, ac tuam uel humanitatem, uel officium in meis honoribus,atque emolumentis perſpectum uſq; habuerim,& cognitum. Itaq; tibi uelim perſuadeas, ita me tuum

eſſe

eſſe ac fore, ut alium quẽquam omnium maxime. Neque *fieri unquã poſſe incrementis ullis blanditiisue fortunæ, ut ueteribus amicis nouos aliquos anteponẽ.* Id *tametſi pro tua prudentia latere te non debet, uolui tamẽ ut mea etiã confeſſione, atq; teſtimonio liquidius teneres.* Vale. Ex Mediolano *v. Idus Apriles.* M. cccc. xli.

Franciſcus Philel. Nicolao *Cebæ.* S.

Accuſat quendam.

QVi *grandẽ pecuniam opinatur prodeſſe plurimum bonis artibus, utpote quæ oẽm amoueant neceſſitatem, plurimum fallitur mea ſententia. Quid enim prodeſſe queant, quæ quo maiores ſunt, eo humana ingenia reddũt deteriora?* Id *aũt ita eſſe, tu pſpicuo es exẽplo, qui quo tpe eſſes pauper, etiã inter maximas animi occupationes, atq; labores corporis, ſemp aliquid uel ſcribebas, uel lectitabas, & quicquid ocij ſurripere a negocijs poteras, id omne ad rerum cognitionem, & laudatiſſimarum artiũ ſtudium conferebas.* Itaq; *tuo ipſe ingenio, præſtantiſſimisq; moribus delectatus, qua tempeſtate mercaturæ gratia proficiſcebaris in* Mediam, *ac* Perſida, *tibi tanq̃ ſuauiſſimum uiæ comitem eum* Ciceronis *codicem dono dedit, qui de quæſtionibus* Tuſculanis *inſcriptus eſt.* Tu *autẽ nunquam prætermittebas inter moleſtiſſima etiam negocia tua uſq; aliquid ad me ſcribere, & te, & amicitia noſtra dignũ.* Nunc *autem poſteaq̃ pecunioſior factus es, neq; rñdes unq̃ ab me pſæpe literis prouocatus, neq; lactitandis libris, ut audio, operã ullam indulges, ſed totus es in lucro.* Itaq; *non poſſum non odiſſe diuitias tuas, quæ non modo mihi te, ſed ipſi etiam tibi abſtulerunt.* Niſi *fortaſſis una cũ pau*

pertate & facilitate abs te oēm humanitatē abdicaueris, fa ctusq́ ſis ſuꝑbior. Quid enim aliud opiner, cum nihil reſpōdeas. Quod ſi aliud eſt in cauſa, cui neceſſe eſt inſeruire te, fac ut ſciam, quo uel ignoſcā tibi, uel miſerear tui. Vale. Ex *Mediolano.iiij.Calen.* Maias. M. *cccc.xli.*

Franciſcus Philel. Ioanni Mario *filio.* S.

Vxoris mortem filio nunciat, eumq́ domum reuocat.

ET *ſunt res humanæ mutabiles oēs, ac fragiles, & caducæ, Theodora Chryſolorina mihi dilectiſſima uxor, & tibi mater indulgētiſſima, ad proximum quintum* Nonas *Maias, qui dies erat* Mercurio *dicatus, hoc ipſo anno, qui eſt a natali Chriſtiano quadrageſimus primus ſupra milleſimū quadringēteſimum, naturæ deoq́ cōceſſit, id qđ mihi adeo acerbū fuit, ut in uita nihil potuerit accidere acerbius.* Scio me tibi *fletus ſingultusq́ nūciare.* Nam ne *ipſe quidem potui me a lachrymis cōtinere. Cæterū qm̄ ea lege, neceſſitateq́ nati ſumus, ut oēs aliqn̄ moriamur, æquo animo tātum hoc uulnus feramus, neceſſe eſt.* Tu *fac, ad nos q̄primū reditum matures.* Nā *nihil eſt, ꝙ iſtic diutius tēpus teras, qn̄quidē in literarū ſtudio, quarū gratia* Cōſtantinopolin *es profectus, nō modo nō proficis, ſed etiam quæ ab nobis abiens didiceras, amiſeris, uſq́ adeo ſtudioſum te, diligentēq́ præſtitiſti.* Vale. Ex Mediol. *pridie* Calen. Iunias. Anno *a natali* Chriſtiano. M. *cccc.xli.*

Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.

Arguit quendam illiberalitatis.

NEmo *te uno accipiēdo facilior, te rurſus nemo difficilior dādo.* Tu *me liberalitatis plurimū laudas, & hanc uirtutē extollis oratione, ac recte tu quidem.*

dem. Cæterum *quam ipſe uirtutem tanti facere uideris, cur eam minus amplecteris?* Es *tu ſane librorum officina, ſed ex tua iſta taberna libraria nullus unquã prodit codex, niſi cũ quæſtu.* Quid *tãdem adeo te libris ingurgitas? Quibus utinam, ut par eſt, utereris.* Ego *petij abs te Strabonem geographum excribendi gratia, cum mihi librarius eſſet domi, reddita mihi ſunt a te uerba cum aſſentatione permulta, ad rem autẽ nihil.* Petis *a me nunc* Sextum Empericum, *eius excribẽdi gratia, gero tibi morem, ſed ea cõditione, ne mutuũ tibi iure doni aſcribas.* Quare *fac, ut ad me meus redeat codex, cum ſuo apud te officio functus fuerit.* Vale. Ex Mediolano *iiij. Idus* Iunias. M. *cccc. xli.*

Franciſcus Philel. Franciſco Barbaro. S.

Excuſatoria epiſtola.

A*Dhortationem tuam nõ inuitus audiui, quippe qui norim eam proficiſci a beniuolentiſſimo in me animo.* Itaque *habeo tibi gratias.* Verum *id quoq; aio uelim tecũ uolutes, nõ eſſe in eius poteſtate q̃ nauiget* Euxinũ, *ire ſæpe quo uelit, ſed qua uẽti traxerint.* Vale. Ex Mediol. *pridie* Calen. Apriles. M. *cccc. xlii.*

Franciſcus Philel. Leonardo *Iuſtiniano.* S.

Excuſatoriæ literæ.

S*I poſſem tuo uti conſilio, nihil oĩum mallem, ſed quod te non latet, tp̄is hñda eſt ratio.* Quod *qui minus facit, is certe prudens eſſe non põt.* Cætera *tecum is cõmẽtabitur, qui tibi literas reddidit.* Nã *quicq̃d expoſuerit, id ab me totũ profectũ exiſtimato.* Vale. Ex Mediolano, *pridie* Calẽ. Apriles. M. *cccc. xlii.*

Franciſcus Philel. Catoni *Sacco* Iurecõſulto. S.

Officium filio petit.

P*Vto Marium filium propediem apud te fore, nã eum expecto quotidie. Debet enim ſoluiſſe ex Thracia, eſtq́ remigaturus per padũ. Cũ iſtuc appulerit, aut ipſe tu ei conſule de equo, aut me facito q̃primum certiorem, quo equum iubeam aduolare ad uos.* Vale. Ex Mediolano, *Idibus Maijs.* M. *cccc.xlij.*

Franciſcus Philel. Alberto Zancario. S.

Hortatur amicum ad ſcribendum.

N*Olo tibi unquam perſuadeas* Alberte Zancari, *eo me eſſe ingenio, ut ſimul cum loco animum quoq́ immutem.* Q*uinimo etiam cum ſum* Mediolani, *uideor uſque* Bononiæ *agere, adeo me iſtius florentiſſimæ ueſtræ urbis memoria tenet.* Q*uid igitur de te putas, cuius ſuauiſſimi, facillimiq́ mores ſemper habitant mecum die noctuq́?* Quod *ſi minus freqũeter meæ literæ ad te aduolant, id uel occupationibus meis dato, uel tibi fortaſſe ipſi qui negligentior factu es.* Nam *ſi ſæpius ad me ſcriberes, cogerer etiã ipſe uim afferre meis quibusq́ negocijs, ne te fruſtra ſcripſiſſe iure queri apud me poſſes.* Itaq́ *poſthac quid tibi faciundum ſit, tenes.* Velim *me certiorem facias de omnibus rebus tuis.* Nam *quanq̃ uarij iſtinc rumores afferuntur, ego tamen ea certiſſima eſſe arbitror quæcũq́ a te accipio.* Nõ *enim ipſe es, qui aliud dicas, aliud ſentias.* Proinde *ſi de te me uelis trãquillo eſſe animo, fac liquido intelligam, quo in ſtatu uerſaris, q̃ uiuis & tibi, & tuis.* Idq́ *ut facias, te etiã atq́ etiã rogo.* Nam *de rebus tuis nõ poſſum non eſſe ſollicitus.* Vale. Ex Mediolano. *xiij.* Cal. Ianua. *Anno a natali* Chriſtiano, M. *cccc. xliij.*

Fran.

Franciſcus Philel. Guarnerio Caſtellioni Iu-
reconſulto, Ducaliq́; Senatori. S.

Accepiſſe ſe munuſcula dicit amici, ſed
poſthac leuiora ſe malle.

ET leporẽ, & capos, & perdices, quos dono miſiſti mihi, cũ uidi libenter, tum iucũdiſſime accepi. Nã & ingeniũ delicatioribus fouetur obſonijs, redditurq́; acutius, & accipere a te dona tali, tãtoq́; uiro, nõ fit ſine laude mea. Recte enim Horatius. O et pſidiũ, & dulce decus meũ. Quanq̃ ego, ut ingenue tibi fatear qđ ſentio, lautioribus iſtiuſmodi eſculẽtis non admodũ uti cõſueui, nõ q́; guſtus mihi ſit ruſticanus, aut agreſtis, ſed qm̃ uideor didiciſſe, quo habitius eſt corpus, eo ingeniũ reddi craſſius. Quis autẽ neſciat iſtiuſmodi quibusq́; cibis corpora effici lautiora? Itaq́; ſi me amas, leuioribus munuſculis mecũ age, peponibus, prunis, perſicis malis, pyris, uuisq́;, ac ficubus, ne deteriorẽ efficias, quẽ meliorẽ debes. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris. iij. Calen. Ianua. M. cccc. xliij.

Franciſcus Philel. Saxolo Pratenſi. S.

Excuſat ſe cur librum non mittat.

POllucem quẽ petis, libẽtiſſime ad te darẽ, ſi penes me foret, ſed hoſpitatur iampridẽ apud Harpiã, hoc eſt apud Ioannẽ noſtrũ Auriſpã, qui ea cõditione libros accipit mutuo, ut reſtituat nũq̃. Dabo tñ ad eum literas, curaboq́; uel humanitate, uel iurgio, ut Pollux redeat domũ, quem deinde continuo tibi mittam. Vale. Ex Mediolano. iij. Calen. Ianua. M. cccc. xliij.

Franciſcus Philel. Guiniforto Barzizio. S.

Arguit amicum iniuſtitiæ erga ſe.

ET ſanctũ eſt p̃ceptũ,& euangelicum, ne alterĩ faciamus,qđ nobis fieri nolumus. Id perſæpe legiſſe te certe ſcio,es enim totus ſimilis tui. Quo fit,ut magis mirer,nõ idem a te obſeruari,quod didiceris. Scis enim ab Ariſtotele quoq; uſurpatũ, non ſatis eſſe uirtutẽ ſcire,niſi etiã boni ſimus. Quid hæc ſibi uelit oratio,non te p̃terit. Tuũ igitur fuerit ita moderari tibi,ut nihil quæſiſſe uidearis,quod ipſe grauiter ſim laturus. Eſt mihi tecum a patre tuo eruditiſſimo illo,optimoq; uiro familiaritas,quæ tibi ſanctæ,atq; inuiolate tuenda eſt. Vale. Ex Mediolano.iij.Calen.Ianua.M. cccc. xliij.

Franciſcus Philel.Bornio Salæ Iureconſulto. S.
Officium ſuum narrat.

QVid egerim in cã amici tui, ex eodẽ ipſe debes iam corã accepiſſe. Nã eſt a me nihil ſane p̃termiſſum,qđ ad eius uel rẽ, uel dignitatẽ ptinere ſim arbitratus. Et ut mea fert opinio,lõge plus eſt apud hunc meũ clementiſſimũ principẽ mea opera conſecutus,q̃ uel optare fuiſſet auſus. Tu ſi qđ eſt aliud, qđ a me tua cã fieri uelis,id ſi ſcripſeris,non ſcripſeris fruſtra. Vale. Ex Mediolano.iij.Calen.Ianuarias. M. cccc. xliij.

Franciſcus Philel.Franciſco Barbaro. S.
Laudans quẽdam,cõmendat eum amico.

NOn equidẽ ignorabã fore,cum Cyriacũ Anconitanũ tibi eſſem cõmendaturus,ut diceres,agi ab me acta,quippe cui uir ipſe ſine ulla etiam mea cõmendatione cõmendatiſſimus ſit,cum uirtute ſua,quæ haud eſt uulgaris,tum ea diligẽtia,qua in ſuſcitandis mortuis unus omniũ primus utitur. Quem enim unq̃ huiuſmodi

iuſmodi laborē ſuſcepiſſe,aut audiuimus,aut legimus,ut ex uniuerſo prope terrarum orbe quicq̃d in ullis uſq̃ lapidibus notatū literis aut græcis,aut latinis,unq̃ fuerit,id reportarit ad noſtros: Verū *eo is tibi hoc tp̃e gratior eſſe debet, ꝙ ad te* Barbarū *refert nōnulla pulcherrima epigrãmata,quæ apud* Barbaros Aſiæ *populos repperit.* Ex *quibus ipſis habētur pleraq; memoratu digna.* Quare *hūc hoīem ita tibi cō mendo,ut intelligas mihi quoq; eſſe chariſſimum.* Vale. Ex Mediolano.iij.Calen.Ianuarias. M.cccc.xliij.

Franciſcus Philel.*Leonardo Iuſtiniano*. S.

Cōmendatiua epiſtola,& laudis plena.

CYriacus *Anconitanus cū* Venetias *peteret,a me petijt, ut ſe tibi ꝑ literas cōmendarē.* Id *feci eo libentius,ꝙ non eſſem ignarus hoīem tibi fore nō iniucūdum,ꝑſertim ꝙ ferat ſecum nonnulla priſcæ uetuſtatis monumenta,& eulogia,& epigrãmata,& alia pleraq; ſcripta,quæ ex lapidibus uetuſtiſſimis in* Aſia,Græciaq; *collegit.*Hunc *igitur uerū ita uelim & uultus hilaritate,& ſermonis comitate excipias, ut eos ſoles,quos dignos exiſtimas,ab quibus tuū ſplēdidiſſimū nomē per orbē terræ lōge,lateq; ꝑdicetur.*Nunq̃ *enim quieſcit* Cyriacus,*qui eam ſibi ducit quæſtuoſiſſimã mercaturã ſi quid ab primis illis uſque* Arcadibus*(quos ante Solem &* Lunam *extitiſſe fabulantur)memoria dignum inuenerit, in* Italiãq; *aduexerit.*Quid *ſit opus facto,intelligis.*Vale.Ex Mediolano.iij.Calen.Ianuarias. M.cccc.xliij.

Franciſcus Philel.*Ioanni* Auriſpæ. S.

Et *ſibi,& amico bene eſſe gaudet.*

ET ipſe bene habeo, & te ex literis tuis bene ualere audio. Itaq; utrique noſtrum & gratulandum iuxta, & lætandū eſt. Id quod ut q̄diutiſſime fieri liceat, uehementer opto. Vale. Ex Mediolano. iij. Calen. Ianua. M. cccc. xliij.

Franciſcus Philel. Ioannotio Manetto. S.

Monenti ut ſibi caueat, gratias agit.

COmmunis ille familiaris noſter me corā monuit tuis uerbis, ut a Barbadoris mihi cauerem, q̄m occulti neſcio quid conſilij habēt cum his hominibus, qui mihi uel nullo errato meo īfeſti ſunt. Habeo tibi gratias mi Ioannoci, qui nulla fortunæ incōſtantia deterreris, quo minus mihi ſemper bene cōſultū cupias. Cæterum eſto bono de me animo. Nam ita munitus ſum, ut nullæ hominum inſidiæ mihi poſſint incommodare, quippe qui & prudentiæ utor armis, & apud eum ſum principem, qui uel dormientibus nobis omnia rimetur, omnia cuſtodiat, adeo ut nullus omnino ſit locus inſidijs. Conſilium tamē tuū non modo non contēno, ſed facio plurimi, amplectorq; libētiſſime. Et operam dabo, ut re ipſa intelligas nihil fruſtra ſcripſiſſe te. Vale. Ex Mediolano. iij. Calendas Ianuarias. M. cccc. xliij.

Franciſcus Philel. Iacobo Conſtantio equiti aurato. S.

Accuſat amicum rariſſimæ ſcriptionis, & officium ſuum illi ſpondet.

VNas tādē aliquādo literas tuas accepiſſe me, duco equidem miraculi loco. Putabā enim te nullū iam eſſe, q tādiu nihil pro tua priſtina conſuetudine

mecum obſtreperes. Cæterum ita ſolent pleriq; omnes fortu nati, qui lætiſſimis in rebus non amicorũ modo, ſed ſui ipſorum obliuiſcũtur. Quod autem mihi fortunã meam gratu laris, id tibi licet facere merito. Sum equidẽ apud ſapientiſſimum, munificentiſſimũq; huius tempeſtatis Principem, *& eundem optimum ſane uirum, ducem hunc Mediolani* Philippum Mariam. *Petis ut huic te & notum, & commendatum faciam. Id mihi facilimum factu eſt. At faciam certe.* Verum *mihi declares uelim, quæ tibi ſit mens, qui cogitatus tui, quo intelligam quid tibi agendum ſit.* Hæc *a me ſunt nõ temere ſcripta. Si te mihi penitus recluſeris, potero tibi for taſſe conſilium dare non inutile.* Vale. Ex Mediolano, *pridie* Calen. *Ianua.* M. *cccc. xliij.*

Franciſcus *Philel.* Alberto Zancario. S.

Viciſſitudinem *literarum poſtulat.*

D*Eſyderare te literas meas, æquo aĩo, facileq; patior, quippe qui exiſtimẽ abs te amari me plurimũ.* Miror *tñ quid ſerius adeo mihi ſcribis.* Cau*ſam reijcies ſcio in occupationes tuas. At debes me quoq; arbitrari minime eẽ ocioſum. Itaq; officiũ meũ aut tibi non eſt accuſandũ, aut tuũ tibi minime probandũ.* Vale. Ex Mediolano, *pridie* Calen. Ianuarias. M. *cccc. xliij.*

Franciſcus *Philel.* Bornio *Salæ* Iureconſulto. S.

Breuitatem *literarum ſubaccuſat.*

P*Eriucundæ fuerunt mihi literæ tuæ uel perbreues, fuiſſent longe iucundiores, ſi atticum te, q̃ laconicum maluiſſes. Cæterũ ne ſcis me quoque breuitate ipſa ſuperior.* Vale. Ex Mediolano, *pridie* Calen. *Ianua.* M. *cccc. xliij.*

Fran.Phil.Petro Thomaſio philoſopho,ac medico. S.

Excuſat ſe raræ ſcriptionis.

ACcuſas me negligentiæ,quod equidē permoleſte ferrē,ſi cuiꝗ me noſſem indulgentiæ obnoxium.Nā quis alius me uno in amicos diligentior?At nullæ meæ tādiu litere tibi ſunt redditæ,quaſi aliqd tu mihi perdiu ſcripſeris,cui uicē ipſe minus reddiderim.Noli igitur ea torquere in me tela,quæ iure optimo retorqueantur in te. Cæterum iſtiuſmodi deſyderiū tuū non difficulter me expleturū polliceor,quatenus ꝑ tēporum conditionē mihi licuerit.Id tum fiet,ſi oīs ſermo noſter,oīs ſcribēdi conſuetudo de Muſis futura ſit,et de his rebus,quæ nihil habeant cōe cum publicis actionibus.Ego,quod ſcire poſtulas,bene ualea,meaꝗ fortuna contētus ſum.Pauca appetēti,pauca etiā ſatis ſunt.Quotidie mutare cœlum,hominis eſſe duco & inconſtantis, & moroſi,præſertim ubi id ab re fiat.Vale.Ex Mediolano,Calen.Iulijs. M. cccc. xliiij.

Franciſcus Philel.Ioanni Auriſpæ. S.

Librum excribendum petit.

NOui ex ipſa uſꝗ Conſtātinopoli eſſe tibi recōditos nōnullos Theophraſti libros,& eos maxime,qui περὶ φυτῶν inſcribūtur. Hos ego mihi excribi cupio.Eſtꝗ mihi commode paratus librarius græcus. Itaꝗ rogo te, ut codicē illū mittas ad me ꝗprimum,redditurum item ad te propediem.Noli obſecro ullam excogitare cauſam,aut cōfictam,aut ueriſimilem, qua fretus mihi minus morem geras, ne ipſe item cum meo aliquo uolueris uti officio,par pari referre cogar. Vale. Ex

Mediolano.xv.Calen.Auguſti.M.cccc.xliiij.

Franciſcus Philel.Scæuæ Corti,Ducali Sena-
tori,ac Iureconſulto. S.

Commendatiua epiſtola non uulgaris.

NI perſpectum haberem & exploratũ animum
erga me tuum,nõ tam multos perſæpe tibi cõ
mẽdarem.Sed cum aĩaduerterim nunquã iſſe
fruſtra meas ad te literas,nõ ſum ueritus etiã
hoc tẽpore tibi cõmẽdare iſtius hoĩs cãm, qui
tibi reddidit meas literas.Quod eo facio maiore cũ fiducia,
ꝙ mihi uideor intelligere uirũ bonũ,et permodeſtũ iniuria
trahi ꝑ fora,ut qui pecunia ſit inferior, ab eo opprimatur,
qui ſolis opibus ſit ſupior. Cæterũ noui innocentiã tuã,&
animi magnitudinẽ, ſcio nõ patieris literas meas fuiſſe uul
garis.Vale. Ex Mediolano,Calen.Octobrib.M. cccc. xliiij.

Franciſcus Philel.Bornio Salæ Iurecõſulto. S.

Excuſat ſe raræ ſcriptionis.

ACcuſare negligẽtiæ me uideris, ꝙ iamdiu ad
te nihil ſcripſerim,quaſi tua ſit diligẽtia ſin
gularis, qui uix unas reddideris literas poſt
meas denas.Itaq; tibi cauendũ eſt,ne tua in te
retorqueãtur iacula, quibus iure cõfodiaris.
Quod ſi fieri ab me nolis, cura æquior in me ſis,literas tñ
tuas uel ꝑbreuis legi ꝑlibenter.ꝙ in his lectitãdis agnoui ue
terẽ tuã urbanitatẽ. Vix dici queat,quantũ me teneat deſy-
deriũ & uidẽdi,& amplectẽdi tui. Qđ nobis cum locorum
interuallum auferat, reddat id ſaltẽ literarum uiciſſitudo.
Vale.Ex Mediolano,Nonis Octobribus. M. cccc. xliiij.

Franciſcus Philel.Alberto Zancario. S.

Accuſat accuſantem de raritate literarum.

ANteuertis tu quidẽ mi Alberte, ut q̃ neglige̅tiæ accuſandus, mihi obijcias indiligentiam. Numeres uelim, quot ad me literas dederis, poſteaq̃ a uobis Mediolanũ ſolui. Qđ ſi meas ex tuis ſcrinijs erueris, ĩtelliges, uter noſtrũ magis ſit excuſatiõe dignus. Nec eſt mihi moleſtũ tñ, ꝙ mearũ epiſtolarũ tenearis deſyderio. Diligis enĩ me, quẽ q̃m corã uidere, amplectiq́; non licet, q̃ris iſtiuſmodi ſolatij genus ex literis noſtris. Q uarũ ſi uelis crebritate uti, id facillime conſequeris, ſi minus ipſe obmutueris. Q̃n enim fruſtra ad me ſcribis, quo minus tibi cõtinuo rñdeã? Cæterũ utcũq; res habeat, ſcribã ad te ꝑſæpe uel ad ſatietatẽ uſq;, quotiẽs ociũ dabitur. Vale. Ex Mediolano, Nonis Octob. M. cccc. xliiij.

Franciſcus Philel. Guarnerio Caſtellioni, Ducali Senatori, ac Iureconſulto. S.

Promiſſa adimpleri petit.

QVod & proximo anno ac itẽ ſuꝑiore mihi pollicitus es, tuæ fuerit humanitatis ꝑſtare deniq;. Scis enim me nihil petijſſe. Nunc autẽ poſtulo, ut qđ ultro te facturũ obtuleras, effectũ reddas. Qđ ſi ꝑſtiteris, habebo tibi gratias nõ mediocres. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris. vij. Idus Octobres. M. cccc. xliiij.

Franciſcus Philel. Bornio Salæ Iureconſulto. S.

Orationes mittit amico.

QVas ab me orationes petieras, ad te dedi, ſerius uero, q̃m his carebã. Hoſpitabantur enim apud amicũ iãdiu. Nã neq; meorũ ſcriptorũ minus, q̃ nũmorũ ſum liberalis. Q uare iniuſte hi agũt

oēs, qui abutūtur benignitate mea. Nō enim oēs ſunt Bornij, quo quidē uno gratum magis uidi alium neminem. Vale. Ex Mediolano. v. Calen. Nouembres. M. cccc. xliiij.

Franciſcus Philel. Franciſco Barbaro. S.

Excuſat ſe.

ADhortatio tua mihi maiorē in modum probari debet, utpote quæ ab optimo animo manat, meiq; amantiſſimo. Verum qui mare ingreſſus in uehemētioris fluctus inciderit, non quo uelit, ſed quo ingruentium uentorū flatus traxerint, nauigare cogitur uel inuitus. Itaq; ex tēpore conſilium capiatur, neceſſe eſt. Vale. Ex Mediolano, pridie Calen. Nouemb. M. cccc. xliiij.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Franciſcus Philel. Normāno Albizio. S.

Corripit quendam.

TV me obtūdis literis tuis. Quare mihi iraſci nō debes, ſi minus ſæpe tibi rñdeo. Nā ea petis quæ p̄ſtari non poſſunt. Prudētius tibi cōſulueris, ſi patris uiri grauiſſimi, ſapientiſſimiq; malueris, q̄ tuo uti conſilio. Neſcio tibi aſſentari mi Normāne. Homo ſum libero ingenio, nihil ſimulati præ me fero. Dum tibi mauis q̄ patri obſequi, omnibus es ridiculo. Vale, Ex Mediolano, pridie Calen Nouembres. M. cccc. xliiij.

Fran. Philel. Rainaldo Albizio equiti aurato. S.

Spem adimit cuidam.

PVto iampridē te uel abusq; Florētia, cum apud uos agerē, cognouiſſe haud obſcure, eo me eſſe ingenio, ut uerbis paſcere didicerim neminē illosq; longe minus, q mihi iure ſunt diligendi. Itaq; ne inani alaris ſpe, nihil hic uideo, qđ faciat in rē tuā. Rē pau

cis tenes. Aliũde tibi cõſulas oportet. Nec uelim tibi perſuadeas, me tua cã laborẽ ullum aut fugere, aut fugiſſe. Sed ita res habet. Vale. Ex Med. pridie Calẽ. Nouẽ. M. cccc. xliiij.

Fran. Phil. Franciſco Scalamonti equiti aurato. S.

Bene ſperare iubet amicum.

EGi de prætura Mediolanẽſi apud hunc nobiliſſimũ Principẽ amice & accurate, feciꝗ intelligeret & qui eſſes, & quãti faciũdus. Nõ difficulter ſe ꝑſuaderi paſſus eſt. Delectatur enim uiris doctis, clariſſimisq́ ingenijs. Itaꝗ nobis ſpem dedit nõ uulgarem. Iuſſit enim nomen tuum referri in cõmentarios. Quantũ mihi uideor intelligere, noſter breui futurũs es. Interim ea para, meditare, cogita, quæ noſtro huic magnanimo principi uoluptati, tibi uero futura ſint honori. Et ut magis armatus ſis delectatur hic princeps his hominibus, qui quẽadmodum tu, aſtra ſapere uidẽtur, ſi forſan quicꝗ ſapiunt aſtrorum potius ꝗ raſtrorum. Vale. Ex Mediolano, pridie Calen. Nouembres. M. cccc. xliiij.

Fran. Philel. Rainaldo Albizio, equiti aurato. S.

Accuſat quẽdam torporis, & negligentiæ.

QVæ mihi ſit ſentẽtia de re ueſtra Rainalde Albizi, dicã ſane haud obſcure. Nimiã uideo in uobis omnibus uiris optimatibus negligentiã, qui tanꝗ ſperetis ſecũda oĩa uobis dormitãtibus pro ueſtra uolũtate, optatisq́ euẽtura, nullo utimini nõ modo cõſenſu inter uos, ſed ne conſilio quidẽ. Nam quẽ æſtimetis rebus ueſtris affuturũ, ſi uobiſipſis uos defueritis? Et uigilandũ eſt, mihi crede, & paranda oĩa, quantum in uobis ſit, quæ ad uictoriã ſpectãt. Atq; ut uno uerbo oĩa perſtringam,

gam,nihil eorum faciundũ eſt,quæ facitis. Ponite ante ocu los inimicos ueſtros,illosꝗ in obeũdis negotijs imitamini.Id ſi feceritis,breui futurum ſpero,ut et patriam teterrima op preſſam ſeruitute,in priſtinam libertatem,dignitatẽꝗ uen dicetis,& uobiſipſis per ꝙoptime conſulatis.Quod ſi ſecus feceritis,& illi male, & uobis omnibus miſerrime proſpi cietis. Vale. Ex Mediolano, pridie Calendas Nouembres. M. cccc. xliiij.

Fran.Philel.Petro Candido Leuco Decembri. S.

Inuidiam carpit.

INter maxima, innumerabiliaꝗ mala, quæ triſtis inuidia præ ſe fert,id eſſe boni animaduerto, ꝙ nemini magis nocet, ꝗ̃ ſibi. Itaque tua te torqueri inſania,non moleſte fero. Vale,& aliquando reſipiſce. Ex Mediolano quinto Idus Februarias. M. cccc. xlv.

Franciſcus Philel.Antonio Raudenſi theologo. S.

Quotuſquisꝗ quid ſignificet.

QVo ṗdicato accipi cõueniat,quotuſquisꝗ,& ſi nõ dubito noſſe te,tñ qm̃ id a me requiris, paucis accipe.Idẽ ṗdicare puto quotuſquisꝗ in ſingulari numero,quod nomen numerale quot, ut Quotuſquisꝗ eſt qui aliter ſentiat? pro eo qđ dicimus, quot ſunt qui aliter ſentiant? Nam qui dicunt,quotuſquisꝗ idem ſignificare quod aliquis,uehementer errant,id quod ex Cicerone,omniꝗ uetuſtate licet intelligi. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris,Idibus Nouembribus. M. cccc. xlv.

Fran.Philel.Baueriæ philoſopho, ac medico. S.

Bœotij dialectica excribi poſtulat.

DEbes non eſſe oblitus, q̃ me ſemper Bœotij opera delectarint, cum in omni facultate, atq; diſciplina, tum ea maxime, quæ ſcripſit in dialecticis, in quibus ipſis mihi uiſus eſt excelluiſſe plurimum. Quæ igitur noua tantus uir de ſyllogiſmis cathegoricis, hypotheticisq; præcepta adinuenit, ea mihi excribi cupio. Itaq; a te peto, contẽdoq;, ut eorum librorum copiam facias mea cauſa eruditiſſimo, atque diſertiſſimo, iureconſulto Bornio Sale. Is enim librarium aliquẽ parabit, qui eiuſmodi prouinciam ſit obiturus. Vale. Ex Mediolano. iij. Nonas Martias. M. cccc. xlvi.

Franciſcus Philel. Franciſco Ochæ. S.

Sollicitus eſt de ludimagiſtro.

BArtholomæus Catias Nouarienſis Iuriſconſultus me nuper conſuluit, quem idoneum ipſe cenſerem, qui Nouarienſem adoleſcentiam bonis & literis, & moribus inſtitueret. Itaq; tu mihi continuo ueniſti in mentem. Audiuit uir ille de te libenter, petijtq;, q̃primũ curarem certior a te fieri, uelles ne Nouariæ ludum aperire. Volunt enim ij ciues eiuſmodi uirum, qui & grãmaticam ſimul & rhetoricã doceat publice. Tu igitur ſi rem probas, oſtende mihi prope diem, quantũ nũmorum tibi conſtitui uelis pro huiuſmodi annuo munere. Vale. Ex Mediolano, pridie Calen. Maias. M. cccc. xlvi.

Franciſcus Philel. Pallanti Strozæ equiti aurato. S.

Iniuriam ſe ferre poſſe oſtendit.

VIx dici queat q̃ me delectarint proximæ tuæ literæ. Nullum enim officium omiſiſti neq; boni uiri, neq; amici hoĩs Monuiſti & prudenter, & bene.

Sequar equidem conſiliũ tuum, moderabor'q; mihi, & ſi non abſurde iam bilis excandeſcebat. Is enim ſum, qui iniuriã ferre poſſim, contumeliã uero nullo pacto poſſim, nec etiam uelim. Nam *iniuriã ferre prudẽtis hominis, moderatiq; duco, contumeliam uero & ſtulti, & fatui.* Faciam *igitur quod hortaris.* Tibi*q; uelim perſuadeas, neminem omnium amicorum eſſe hac tempeſtate te uno mihi chariorem.* Vale. Ex Mediolano. v. *Idus Ianua.* M. *cccc. xlvij.*

Franciſcus Philel. Bernardo Iuſtiniano. S.

Aduentũ ſuum prædicit, & ſaluũ conductum petit.

CVpio omnino *uos uiſere ad reſurrectionem dominicã, quo & tuo, reliquorũq; amicorũ mutuo conſpectu frui, colloquioq; liceat, & certa honeſtatis lege quæ mihi iſtic negocia ſunt, componãtur.* Quare *ſi me amas, da operã, ut tuta mihi ad uos pateat acceſſio, ne publicæ principum ſimultates (ſi quæ tandẽ hæ ſint inter ueſtram noſtrãq; rempub.) priuato obſint officio.* Præterea *ut ſcis, non minus ſum* Venetus, *q̃* Mediolanenſis, *utraq; enim ciuitate donatus ſum.* Vale. Ex Mediolano, *Calen.* Februa. M. *cccc. xlvij.*

Franciſcus Philel. Sceuæ Corti, equiti aurato, ac iureconſulto. S.

Accuſat *ſilentiũ cuiuſdã, & literas, & noua petit.*

TAbellariũ *ad te in* Germaniã *proficiſcentem non ſum paſſus ire uacuũ meis literis.* Ex *quarũ delectatione poteris facile cõiectare, quãta me priuaueris uoluptate, q; eidẽ tabellario* Mediolanum *modo repetenti, nullã ad me epiſtolã dederis.* Et *feciſti profecto (pace tua dixerim) inhumane & illiberaliter, q; cũ ad*

alios ſcriberes, hominis amiciſſimi ſis oblitus. Sed quo maior eſt beniuolentia noſtra, eo fortaſſis exiſtimaſti magis licere tibi uti mecum ſilĕtio per literas, præſertim in iſtis Germaniæ niuibus, quarũ frigore digiti quõq; ſtupeant, ac rigeſcãt. Itaque ignoſco excuſationi tuæ, modo iſta poſthac uti nolis. Quare fac, ut erratũ cumulatiſſime reſartias, operãq; des, ut aliq̃d noui reportes in Italiã tecũ, quod muſarũ noſtraq; interſit. Nõ enim fieri poteſt, quin epĩs Æneas, uir doctrina, & eloquentia ſingulari, egregiũ aliquid inuenerit in tot, ac tam plenis & puluerulẽtis bibliotecis Germaniæ. Vale. Ex Mediolano, pridie Idus februarias. M. cccc. xlvij.

Fran. Phil. Guiniforto Bazizio Iureconſulto. S.

Scire deſyderat mentem Principis.

QVod ad Principẽ Marchionẽ ſcripſerim, nõ te latet. Quid aũt ea in re decreuerit, noſſe cupio. Rogo igitur te, ut q̃m non mediocriter noſtra intereſt, quæ ſit iſtius mens Principis, q̃primũ intelligere cures pro uirili parte, efficiasq; ne diutius nobis expectãdum ſit. Erit hoc mihi pergratũ. Vale. Ex Mediolano, Idibus Februarijs. M. cccc. xlvij.

Franciſcus Philel. Antonio Trebano. S.

Quendam accipit in amicitiam.

ANtonius Florẽtinus fictor et excuſſor egregius æque tẽpeſtate noſtra atq; Praxitelen apud priſcos memorant, Scopãue, aut Phidian aliquẽ, & te diligit plurimum, & mihi eſt chariſſimus. Itaq; a me petijt, ut te in familiaritatẽ beniuolentiamq; accĩperem, quippe qui mei ſtudioſiſſimus ſis. Cupere enim ſe nõ ſecus ſuos amicos omnis fieri meos, atq; ipſe eſt. Quare ut et

homini amiciſſimo, & humanitatis officio ſatisfacerẽ, iccirco haſce literas ad te dedi, ut tibi perpetuo teſtes eſſent ſingularis dilectionis erga te meæ. Vale. Ex Mediolano. iiij. Calen. Martias. M. cccc. xlvij.

Fran. Phil. Petro Thomaſio *philoſopho, ac medico.* S.

Hortatur *amicum, ut exẽplo ſuo ſæpius ſcribat.*

EXpectabam *quotidie tuas literas, quibus de his omnibus fierem cumulatiſſime certior, quæ mea intereſſe cenſeres.* Tamen *cum interim iſte nuntius ad te iret, non eum ſum paſſus meis literis uacuum proficiſci.* Te *autem uel hac in re meo exemplo uti uelis, etiam atque etiam rogo.* Vale. Ex Mediolano. iiij. Calen. Martias. M. cccc. xlvij.

Franciſcus Philel. Franciſco Barbaro. S.

Inuehitur ĩ tabellarios negligẽtes, & promiſſa ĩpleri petit.

AEque *tuam humanitatẽ laudo, atque tabellariorum accuſo uel negligentiã, uel perfidiã in reddẽdis literis meis.* Intelligo *cãm quare nihil rñderis, cum quid eſſes reſpõſurus, ignorares.* Reliquum *eſt, ut quod tuis literis q̃amiciſſime polliceris ac recipis, & diligenter perficias, et q̃primũ.* Hoc *erit mihi tam gratum, ut immortalibus beneficijs me tibi obſtrictum forte profitear.* Vale. Ex Mediolano. iiij. Calen. Martias. M. cccc. xlvij.

Franciſcus Philel. Bernardo Iuſtiniano. S.

Tabellarij occaſione eadem iterum ſe ſcribere dicit.

QVanq̃ *minime futurũ dubitabã, quin abs te mihi literæ prope diem redderẽtur, tñ cum eſtimaſſem nequaq̃ tibi fore ingratũ, ſi publicus tabellarius aliquid item literarũ mearum ad te deferret, ſcripſi rurſus,*

eadem ſcilicet quæ antea. Itaque uelim cures, ut ad reſurre-ctionẽ dominicam pateat mihi tutus ad uos acceſſus. Vale. Ex Mediolano. iij. Calen. Martias. M. cccc. xlvij.

Franciſcus Philel. Ioanni Feruſino Iureconſulto. S.

Mortem Principis narrat.

QVod me dolore pene conficit ac macerat, acer-biſſimũ tibi hæ literæ, & luctuoſiſſimũ afferũt nunciũ. Proxima enim nocte, quæ Idibus Augu-ſtis ſucceſſit, hora ſecũda ſplẽdidiſſimum illud Principũ decus atq; lumẽ Philippus Maria Anglus Medio-lanẽſiũ Dux, cũ uẽtris profluuio aliquot dies diſſolueretur, naturæ Deoq; cõceſſit. Tota ciuitas eſt in fletibus ſenioq; cõ ficitur. Neq; quid conſilij capiat, ſatis nouit. Tumultuaria ſunt oĩa. Nã neq; auditũ fuerat adhuc, tñ Principẽ ægrota tione detineri ulla, cũ repẽte clamor ſublatus eſt, eũ uita ex-ceſſiſſe. In hac tñ rerũ oĩum pturbatione, uidẽtur oẽs publi-cã libertatẽ appetere. Quid ſecuturum ſit, augurari neſcio, Vehemẽtiſſimæ mihi uidẽtur procellæ tẽpeſtatesq; impẽde re, pſertim q; hoſtes potẽtiſſimi ſint in ipſis fere portis, & hic in tam repẽtino infortunio paratũ ſit nihil. Ni deus ipſe prouiderit, maximi fluctus, naufragiaq; ſequẽtur. Vale. Ex Mediolano. xvij. Calen. Septẽbres. M. cccc. xlvij.

Franciſcus Philel. Alberto Zancario. S.

Romam ſe periturum dicit.

BReui ad te ibo Romã petiturus, niſi ab his fuero ĩpeditus, q nouæ huic pſunt reipub. Quas literas tuis alligatas accepis cura q̃diligẽtiſſime redditũ ĩri. Nam id te facere mea plurimum intereſt. Vale. Ex Me-diolano. iij. Idus Septembres. M. cccc. xlvij.

Franciſcus Philel. Petro Thomaſio philoſopho. S.

Libros commendat amico.

QVod duos Hippocratis libros in Latinũ conuerti eloquiũ, alterũ de flatibus, alterũ de paſſionibus corporis, dedi ad te, ut proximis literis petieras. Hos cum legeris pro tuo arbitratu, cura ut ad me redeant. Scio enim non facies, ut mei quidã amici antehac apud uos conſuerunt, qui quos libros mutuo potius (ut uidetur) q̃ cõmodato & ad conſtitutum tẽpus accepiſſent, ita uerterũt in uſum ſuum, ut apud dñm ius nullum relictum uideatur. Sed hæc tecũ iocatus ſim. Noui enim bonitatem & integritatem animi tui. Vale. Ex Mediolano, Idibus Octobribus. M. cccc. xlvij.

Frã. Phil. Matthiolo Peruſino philoſopho, ac medico. S.

Iocatur in medicum.

TV me negligẽtiæ uideris accuſare, cum nulla unq̃ diligẽtia uti cõſueueris, niſi circa rẽ fortaſſe pecuniariã, cũ aliquẽ ægrotũ ſanãdũ acceperis, cui cũ promiſeris, receperis, ſpoponderisq́; futurũ, ut intra octiduũ omni aduerſa ualitudine liberetur, in mẽſis traducis duos, & amplius, uerbis hominem lactãs, pecunijsq́; emulgẽs. Sed hæc tecũ iocatus ſim, cũ tu ſerio facis oĩa quæ referãtur ad queſtũ. Verũ hæc medicis uobis legitima ſunt, ut uel celeriter hoĩem perimatis, uel ægrotatione diuturna cõficiatis. Ratio ueſtra oĩs refertur ad lucrũ. Et accuſas me negligẽtiæ, qui unus oĩum ſis negligẽtiſſimus. Vale. Ex Mediolano. xv. Calen. Ianua. M. cccc. xlviij.

Franciſcus Philel. Iacobino Pichero. S.

Lactantium repetit.

SVm ego tua cã Lactantiũ aliũde mutuatus,quẽ intra quindecim dies promiſiſti redditurũ ad dñm.Tu eum codicẽ penes te habes iam prope annũ,facisq; mihi non mediocrẽ iniuriã,cum tua cauſa ludere uideor uirũ optimum,mihiq; amiciſſimum. Prudentius tibi cõſulueris,ſi Lactãtiũ dederis ad me q̃pri mum,ut cum tandẽ remittam ad dominum. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris Calen.Ianuarijs. M. cccc. xlviij.

Frãciſcus Philel.Antonio Petrutio equiti aurato. S.

Conditionem ſe non poſſe accipere ait.

QVam nouiſſimis literis tuis mihi conditionẽ propoſuiſti,quo redirẽ ad uos,ſi id mihi facere eſſet iam integrũ,eam libẽter acciperẽ. Sed cũ ob alias multas rationes ea mihi uti non licet,tum p̃cipue ob nouum huius reipub.ſtatum,quo tẽpore nemo eſt ſui iuris Breui tñ futurum puto,ut tibi ex mea ſententia reſpondeã. Vale. Ex Mediolano pridie Idus Ianua. M. cccc. xlviij.

Franciſcus Philel.Galeacio Cremenſi. S.

Neq; conſilij, neq; auxilij locum apud ſe eſſe ait.

ALiunde mi Galeaci tibi conſule. Nam hoc tp̃e quid aliud tibi conſulã,nihil habeo. Vale. Ex Mediolano Idibus Ianua. M. cccc. xlviij.

Franciſcus Philel.Catoni Sacco Iurecõſulto. S.

Negat ſe plura hoc tempore ſcribere poſſe.

NEſcio ſane q̃d tibi ſim rñſurus ad ea quæ multa ſcripſiſti,non amice minus q̃ iucũde,et pro tua cõſuetudine. Sed uides in quæ tẽpora inci derimus. Itaq; ignoſcẽ tum breuitati literarũ, tum etiam q; non liceat apertius loqui. Sed mittam aliquem

ex meis ad te,ex quo mentem oẽm meam cognoſces. Vale. Ex Mediolano, Idibus Ianuarijs. M. cccc. xlviij.

Franciſcus Philel. Beſſarioni Cardinali Nicæno. S.

Iliada ſe uendere negat.

IAm Homeri Iliadá quã uir eruditiſſimus Theodorus Gazes excripſit mihi, & eam quidem magna cum impẽſa atque ſumptu, facio tanti, ut ne Crœſi quidem ingentibus illis, admirabilibusq; theſauris cui q̃ ſim ceſſurus. Te aũt pater reuerẽdiſſime maiorẽ in modum miror, qui me cum abusq; Cõſtantinopoli noris, uel in publico diſcendi ludo, ubi poſt obitum mei ſoceri Chryſoloræ, fuimus apud Chryſococẽ condiſcipulum, mores arbitreris cum ætate mutaſſe, ut qui unus omniũ liberaliſſimus eſſe cenſerer, benignitatẽ illam cum auaritia cõmutarim. Donare didici ſæpe permulta, at uendere nihil unq̃, præſertim libros, quibus ſane præcioſius nihil duco. At hũc Homeri codicem tam charum habeo tam iucundum, ut uix quicq̃ in uita magis. Itaque ignoſce in hac re mihi. Si quid aliud tibi poſſim gratificari iuſſeris nihil fruſtra. Vale. Ex Mediolano x. Calen. Februarias. M. cccc. xlviij.

Franciſcus Philel. Alberto Zancario. S.

Non expedire ait, ut omnia ſcribat.

QVæ hic gerãtur, neq; auſim, neq; debeo ſcribere tibi. Scis enim, non decere incolã in aliena rep. eſſe curioſum. Oĩs mea cõſuetudo hoc tpe eſt cũ libris. Itaq; ſemotus a popularibus fluctibus, ne peream naufragio, inſtitui tãdiu in huiuſmodi portu me cõtinere, donec aliũde ſecũdus aliqs uẽtus aſpiret. Vtinã mihi liceret ad uos ire. Quod qm̃ facere prohibeor, modice

feram neceſſitatẽ. Vale. Ex Med. Calẽ. Feb. M. cccc. xlviij.

Franciſcus Philel. Petro Perleoni. S.

Corrigit inſimulantem ſe negligentiæ.

NVgaris tu quidẽ, cum negligentiã mihi obijcis, quaſi tibi mores mei ſint incogniti. Nã quẽ unũ uidiſti unq̃ q̃ me diligentiorẽ? At quid uelis ad te ſcribã in tãto rerũ omniũ turbine? Itaq; ſine me tẽporũ habere rationẽ. Tibiq; perſuade tuã rem oẽm nõ ſecus atq; ipſius meã mihi cordi eſſe. Vale. Ex Mediolano. viij. Calen. Martias. M. cccc. xlviij.

Franciſcus Philel. Franciſco Patritio. S.

Amicitiã laudando, operam petit amici.

QVa ipſe ĩ re tuo uelim uti officio, Galeacius Cremẽſis iſte, qui meas tibi literas reddidit, diligenter corã exponet. Tuus aũt mihi animus exploratiſſimus ẽ. Amas enim, obſeruasq; me egregie. Nec potes oblitus eſſe, q̃ ego te ſemꝑ dilexerim. Nã tua tum doctrina, tũ dicẽdi elegãtia teſtimoniũ facit. Quod cum ita ſit, reliquũ eſt, ut re ipſa intelligam, q̃ etiã hoc tꝑe tibi ſum cordi. Vale. Ex Mediol. pridie Calẽ. apri. M. cccc. xlviij.

Franciſcus Philel. Auguſtino Daco. S.

Inſeruire ſibi a diſcipulo deſyderat.

ACcipies ex Galeacio iſto Cremenſi, qui meas ꝑtulit ad te literas, quæ uelim abs te curatum iri. Nõ enim ignoras, quantũ diſcipuli p̃ceptoribus debent, quos non ſecus ac parentes colere, uenerariq; oporteat. Quod qm̃ minime ignoras, tecũ lõgior eſſe nolui. Vale. Ex Mediol. pridie Calẽ. Apri. M. cccc. xlviij.

Franciſcus Philel. Angelo Acciolo equiti aurato. S.

Amici promiſſa non reſpondere ſuis ait.

QVæ petẽti tibi, Philippo Maria duce adhuc uiuo, receperã de Coſmo medice, ea ſeruaui oĩa, q̃ uero tu mihi neq; petenti, neq; cogitanti es pollicitus, nuſquã apparẽt. At nouit Coſmus & egregie quidẽ, mecum actũ eſſe nullo iure. Q đ ſi extrema affectus iniuria oĩa tibi condonaui, quid facturus ſit Coſmus, apud quẽ unũ te poſſe uideris omnia? Aut igitur promiſſa perfice, aut tibi debeo nihil. Vale. Ex Mediolano Calẽ. April. M. cccc. xlviij.

Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.

Illiberalitatis accuſat amicum.

T*E uno mi Auriſpa nemo eſt in accipiendo liberalior, in dando autem nemo rurſus auarior. Quare ne prodigus iure poſſim a quoquam iudicari, quod a me petis, ad te non ibit.* Vale. Ex Mediolano. x. Calen. Septemb. M. cccc. xlviij.

Franciſcus Philel. Antonio Panormitæ. S.

Amicorum certiorem facit de rebus ſuis, & de ſtatu ciuitatis petit conſilium.

CVm idoneus eſſet oblatus nũtius, cui tuto literas ad te darem, uolui, certior fieres de rebus meis, quas pro noſtra ſumma atq; mutua beniuolentia. ſcio non ſecus te ducere ac tuas. Quanti me faceret, charũq; haberet diuinus ille Dux Philippus Maria, *noſti pegregie. Quo extincto (qđ ſine lachrymis meminiſſe nequeo) apud hos ciuis ſubito eſt exortũ incredibile quoddam publicæ libertatis ſtudium, cuius initia pulcherrima extiterũt. Nã q̃diu cõſenſione ſunt uſi, res geſſerũt & p̃claras, & maximas. Sed ubi relicta rõne publicę utilitatis et gloriç, ad*

ambitionem & auaritiã animũ cõuerterunt, permagnæ ſunt inter eos diſcordiæ ſubſecutæ. Hinc enim Gebellinæ, illinc Gelphæ *emerſerũt factiones, q̃ inter ſeſe mutuis odijs æſtuãtes, in ardentiſſimas flãmas breui exurgant, neceſſe eſt.* Videre *uideor horrẽda prope diẽ emanatura incẽdia, quæ diuina, atq; humana oĩa cõcremabũt.* Itaq; *uellẽ me hinc tẽpeſtiue ſurripere.* At *quo me recipiã, nondũ ſatis intelligo, ita mihi uidetur uniuerſa prope* Italia *eodẽ hoc igne conflagrare.* Quare *te rogo, me adiuues cõſilio tuo, q̃d mihi faciundũ magis cõducat. Eſt enim mihi familia non parua, eaq; delicata, quã hic relinquere nõ poſſum nec uolo. Quo aũt honeſte ſim, cõmodeq; acturus, non ſatis habeo exploratũ.* Vale. Ex Mediolano, *Idibus Nouẽbribus.* M. cccc. *xlviij.*

Franciſcus Philel. Ænico Daualo equiti aurato. S.

De eadem re.

QVo *in ſtatu ſint res meæ poſt obitum illius noſtri diuini Principis Philippi Mariæ, potes tu mi Aenice nõ cõiectura modo aĩaduertere, ſed oculis pene ipſis corãq; intueri.* Non enim *obſcuri, aut uarij eſſe queãt qui ad uos quotidie et rumores, et nũcij hinc p̃ferũtur, adeo ſunt oĩa tumultuaria, atque turbulẽta.* Nec *longe abeſſe põt (quantum mihi augurari licet) quin hi ciues, & mutuis feruent æſtuantq; odijs, inter ſeſe p̃ oẽm cruoris immanitatẽ digladiẽtur, ni deus ipſe auxiliũ tulerit.* Sed *cõtineo ipſe me.* Haud *enim ſcio q̃ hæc recte com miſerim literis.* Adiuua *me prudentiſſimo tuo amiciſſimoq; conſilio, ſi quid potes.* Vale. Ex Mediolano. xv. Calend. Ia*nuarias.* M. cccc. xlix.

Franciſcus Philel. Lapo *Piſano Iureconſulto.* S.

Tabellarij uerbis fidem eſſe hñdã ait, & amici operã petit.

Qui tibi reddidit meas literas, eſt mihi iam multos annos perfamiliaris, cuius fide ac beniuolentia erga me habeo exploratius nihil. Itaque non ſum ueritus uni huic cõmittere ea oĩa, quæ abs te cuperẽ curatũ iri. Quæcũq; igitur uerbis meis tibi coram exponet, ea uolo nõ ſecus accipias, q̃ ſi ex ore pñtis mei emiſſa audires. Nec *enim puto alio te nunc eſſe aio, q̃ tunc eras, cũ in* Arno *delunari meatu atque natura tam facete cõmẽtabaris.* Nam *quanq̃ audio te ad rem nũmariam factum paulo auidiuſculum q̃ ſoleres, et ſi profuſus fuiſti, nũquam tamen quia operã a te exigo, non pecuniã, nihil eſt quod dubitẽ de tua benignitate, ni forſitan iuriſperitorũ more, operã quoq; uenalem proponis.* Effice *quod uolo, ac* Vale. Ex Mediolano *Idibus Ianuarijs.* M. *cccc. xlix.*

Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.

Pericula ſua narrat, & conſiliũ petit.

Ego mi Auriſpa in ſyrtibus nauigo, unde ſine maximo periculo erũpere nõ licet, & inter nauigãdũ ne fluctibus obruar, ac pereã naufragio, plurimũ eſt metuendũ. Si quid habes, adiuua me cõſilio tuo. Nam *quid agam, incertus ſum.* Vbiq; *gentiũ hoc tẽpore, q̃* Mediolani *eſſe malem.* Vbi *neque ſine maximo periculo eſſe poſſum propter ciuilis ſeditiones, nec ẽt hinc abire ab his pmittitur, in quorũ poteſtate ſunt oĩa, adde difficultates rei meæ familiaris.* Quare *mihi omnia ſunt aduerſa,* Nihil *omnino conſilij mihi relictum eſt.* Tu *qui nauigas in portu, ſi quod mihi adiumentũ afferre potes, ne differ.* Vale. Ex Mediolano. vi. Calen. Auguſtas. M. cccc. xlix.

Franciſcus Philel. Georgio Plato Iureconſulto. S.

Admonitus gratias agit, & mores ſuos declarat.

ADmonitionem tuã & probo, & plurimi facio, utpote quã norim manare a beniuolentiſſimo in me animo. Cæterũ uelim illud tibi eſſe exploratiſſimum, ita me mihi uitã inſtituiſſe cũm antea ſemper, tum pcipue hac die, ut nihil obijci queat meis moribus, cuius redditurus non ſim q̃ rectiſſimã rationẽ. Nec *ſum adeo curioſus in ueſtra rep. ut a quo q̃ poſſim iure accuſari.* Ego *totus uerſor cũ libris, meq; domi contineo, non modo ne loquar quic q̃, quod mihi ſit incõmodum allaturũ, ſed ne audiam quidẽ,* Ita*q; admonẽdus non eſt, qui & ſecum habitat, nec aliũde pendet q̃ ex ſe.* Ni *fortaſſis mihi metuis a* Candi*do* Decẽ*bre, homine natura maledico, & inimiciſſimo bonis uiris, & eruditis omnibus.* Is *ſi quid inſidiarum tetenderit, da operam, ut corã accerſiar.* Id *ſi feceris, facile oẽs dilucideq; intelligent, nefarios dolos, ac fraudes teterrimi nebulonis.* Tibi *autẽ gratias habeo immortalis, q nihil intermittas, quod mea intereſſe arbitreris.* Vale. Ex Mediolano. vi. *Calen. Auguſtas.* M. *cccc. xlix.*

Franciſcus Philel. Leonello *Æſtenſi Marchioni.* S.

Gratias agit Princi*pi ſe ad familiaritatẽ inuitãti.*

Item quid differunt rex, & tyrannus.

SI *tibi coram narrare poſſem pſtantiſſime* Prin*ceps* Leonelle*, quãtum me tibi debere putem, q nullis meritis de te meis ultro me inuitaris ad tuæ celſitudinis hoſpitiũ, atq; familiaritatẽ, intelligeres profecto q̃ ſit apud me egregia uirtus tua, q̃q; admirabilis peneq; diuina.* Nõ *enim expectaſti, ut te literis an-*

teuerterē,ac rogarē,ut me intra regalis tuos parietes excipe res,dignumq; redderes beniuolētia tua,ſed id diu mihi,atq; multū aggredi cogitāti,ſponte occurriſti,teq; ipm liberaliter,perbenigneq; obtuliſti,ac nullū ꝑtermiſiſti officiū humaniſſimi,ſapiētiſſimiq; Principis.*Et qđ a* Platone *ſcriptum legimus,nō obſcure confirmaſti,Beatas illas fore reſp. quæ aut a ſapiētibus,aut a ſapiētiæ ſtudioſis adminiſtrarentur.* Nec *enim ignoramus inter regē & tyrrānū illud intereſſe, ꝙ hic oīa refert ad utilitatē ſuā,contēpto diuino omni,atq; humano iure.*At *rex ſecus oīa,qui iuſtitiā atq; pietatē ante oculos ſemper ferens,ſibi oīa uult cum ciuitate eſſe cōia,ſuū atq; proprium nihil ducēs,quod a publica utilitate dignitateq; ſeparetur.*Dignus *es tu profecto,qui q̃diutiſſime ſis in uita, & non minus uniuerſæ* Italiæ,*q̃ tuo iſti pacatiſſimo, atq; fœliciſſimo potētatui domineris.* Totus *es ad laudē & gloriā natus,cuius uniuerſa uita plena eſt honeſtatis, plena ſapientiæ.*Faciat *deus oīpotens,ut mihi aliqñ liceat uti atq; frui, quod mihi beneficium q̃beneficentiſſime alacerrimeq; proponis.*Nunc *enim ea ſunt tempora, ut aliud nihil queam non modo deliberare, ſed ne reſpondere quidem.*Vale. Ex Mediolano.v.Calen.Auguſtas. M.cccc.xlix.

Fran.Phil.Nicolao Varoni *philoſopho,ac medico.* S.

Ratione temporis parum eſſe loquendum ait.

Q*uæ mihi ſcripſerit nobiliſſimus* Prīceps *tuus, imo noſter,qđq; ipſe pro tpe rñderim,tecū ipſe cōſiderabis. Nā ego in pñtia mei iuris nō ſum. Itaq; oīa ſunt accōmodanda tempori.*Tu *uelim interea modereris & cōpenas oīa pro ſingulari tua prudentia.*Meū *animū habes in manu.* Nec *loqui apertius quicquā*

licet.Cum licuerit,id quod non lõge abeſſe potuerit,aperui tibi mentẽ meam.Es enim unus cui crediturus ſum oĩa. Vale.Ex Mediolano.v.Calen.Auguſtas. M. cccc. xlix.

Franciſcus Philel.Alberto Zancaro. S.

Accuſatus ſuperbiæ,excuſat ſe.

QVid tibi rñdeã haud ſcio.Nec auſim afferre, ſi q̃d etiã ſciam In ſcylleo æſtu nauigamus.Niſi deus aliquis oportune reflauerit, ultimũ naufragiũ patiemur.Vale.Ex Mediolano.v.Calen.Auguſt. M. cccc. xlix.

Franciſcus Philel.Ioanni Auriſpæ. S.

Accuſatus ſuperbiæ,excuſat ſe.

QVid ſuperbiæ me accuſas, ꝙ tibi rñdeam nihil, quaſi ea ſint tempora, ut cuiq̃ liceat loqui quod ſentit? Itaque malo abs te ſuperbiæ accuſari, q̃ ſtultitiæ.Nonſum enim uſque adeo obtuſioribus ſenſibus,ut quid me aut deceat,aut dedeceat, non intelligã. Te igitur oro,æquo animo feras ſilentium meum. Nam cum licuerit,te obtundã prolixitate orationis. Vale.Ex Mediolano,pridie Calen.Auguſtas. M. cccc. xlix.

Franciſcus Philel.Angelo Acciolo equiti aurato. S.

Arguit quendam non obſeruatæ promiſſionis.

NIhil eorũ in hanc diẽ uideo abs te confectũ,quæ mihi,tũ corã antea,tũ poſtea ꝑ literas tã liberaliter recepiſti.Ac nõ poſſum ſane nõ admodum mirari,ꝙ ne rñdes tu quidem. Ni fortaſſe uelis me tuũ interp̃tari ſilentiũ,ꝙ nihil mihi receperis,neque hic p̃ſens,nec poſtea ſcribens,ſed ꝙ uerba nõ tam feceris, q̃ dederis. Id ſi ita eſt,utar illo Terentiano, Par pari referto. Vale. Ex Mediolano. iij. Nonas Auguſtas. M. cccc. xlix.

Fran-

Franciſcus Philel. Petro medici, Coſmi filio. S.

Sanari uulnera petit ab eo qui inflixit.

PRæcipuũ tuum in me amorẽ, & expertus ſæpe ſum pñs, et audiui abſens. Facisq; ac feciſti ſemper pro officio gratiſſimi diſcipuli, & uiri optimi. Nã de tua erga me uolũtate, cũ ab alijs multis, tum ex Angelo Actiolo, ſplendidiſſimo equite aurato, & ueſtræ familiæ ſtudioſiſſimo, egregie accepi. Reliquum eſt, ut Achillis (qđ fabulantur) iaculo utamini in ſecundo ictu. Quod ſi factum cognoro, haud patiar ulla me beneficij iuriſq; magnitudine ſuperatum iri. Vale. Ex Mediolano. iij. Nonas Auguſtas. M. cccc. xlix.

Franciſcus Philel. Lampugnino Birago. S.

Laudat quẽdã græcæ literaturæ ſtudioſum.

LAudo bonitatẽ ingenij tui, qui ætate iamdudum ingraueſcẽs, des operam græcæ literaturæ, iſtis diſſimilimus, qui literatiſſimi haberi uolũt, græcis literis ignoratis oĩno. At ſua ſe plurimũ opinione fallunt. Nemo enim mea ſententia latinus ſit optimus, ubi græca prorſus eruditione careat. Prudenter igitur tibi conſuluiſti. Quare quicquid a me poſtulas, id totum in tua eſſe poteſtate poſitum exiſtimato. Nam & libris tibi, & doctrina nunq̃ ſum defuturus. Vale. Ex ædibus noſtris Mediolani, Nonis Auguſt. M. cccc. xlix.

Franciſcus Philel. Aloyſio Crotto. S.

Cõparatio Hieronymi, & Auguſtini.

HIeronymi quas petieras, Auguſtiniq; epiſtolas ad te dedi cõmodato. Quare ubi eas pro uolũtate lectitaueris, cura ad me redeãt. Quod aũt q̃ris, quid

de utroq; ſentiã, & quo ad doctrinã, & quo ad eloquẽtiam breuiter accipe. Oĩum primũ de rebus diuinis nõ eſt meũ iudicare, ſed eccleſiaſticæ dignitatis, auctoritatisq;. Cæterum puto, utrũq; uero pulcherrimeq; diuinarũ rerũ oĩum ſciẽtiã tenuiſſe. Sed quo ad reliquas oĩs partes philoſophiæ, Auguſtinus uiſus eſt lõge tũ acutior & peritior, tũ etiã ſubtilior. Dialecticus Auguſtinus ſuit egregius, *& idẽ phyſicus, atq; mathematicus.* Huic Hieronymus *plurimũ præſtitit dicendi elegantia potius q̃ doctrina, id quod ex utriusq; oratione licet intueri.* Græcã literaturã Hieronymus *per pulchre caluit, Auguſtinus minus perfecte. Ille hebraice quoq; habetur eruditus & Auguſtinus illius linguæ ignarus omnino:* Vita *horridus* Hieronymus, *Auguſtinus autẽ mitis.* Q͛d *ſi ex his duobus unus effici potuiſſet, nihil natura abſolutius edidiſſet.* Vale. Mediolani ex *ædibus noſtris.* M. cccc. xlix.

Frã. *Phil.* Petro *Thomaſio philoſopho, ac medico.* S.

Anguſtiam ſuam oſtendit.

NEq; *hic eſſe licet ſine p̃iculo, nec alio ire p̃mitti tur.* Itaq; *lupũ auribus teneo.* Cõſiliũ tñ tuũ nõ *modo laudo, ſed etiã probo. Sed quid agam, qñ hæc ſunt tempora?* Deus *bene uertat.* Vale. Ex Mediolano. *iij. Calen. Septembribus.* M. cccc. xlix.

Franciſcus *Philel.* Bernardo *Iuſtiniano.* S.

Loqui ſe ait per tabellarium.

QVi *tibi reddidit meas literas, tãta mecũ beniuolentia iunctus eſt, ut maiore nemo eſſe poſſit. Quicqd is tibi nomine meo dixerit, id ita exiſtimato, ac ſi a meipſo corã audires.* Vale. Ex Me*diolano, Idibus Septembribus.* M. cccc. xlix.

Fran.

Franciſcus Philel. Nicolao Varoni. S.

Conſilium petit.

HÆc negocia quibus fluctibus agitentur, ſcio nõ te latere. Quid aũt mihi boni priuatim ſperandum ſit in tanta rerum omnium calamitate, & ipſe intelligo, & tu potes animaduertere. Itaq; ſi quid habes cõſilij, id ut doceas rogo. Nam mihi uix ullum relictum eſt, pſertim cum hinc abeundi facultas non detur. Vale. Ex Mediolano. xij. Calen. Octobres. M. cccc. xlix.

Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.

Conſuli ſibi petit propter pericula.

VIx narrari queat, quãtis in malis tota hæc ciuitas fluctuat. Nec reliquũ eſt qđ expectetur pter ultimũ naufragiũ, id qđ longe abeſſe nõ poteſt. Bacchatur in oĩa mucro, nec humanis, nec diuinis parcitur rebus. Scripſiſſem tibi pluribus; ſed neſcio q̃ hæc recte ſunt literis cõmiſſa. Tu ſi qđ mihi cõſilij potes afferre, excogita. Nã mihi nullũ eſt relictum in tãta impunitatis licẽtia. Vale. Ex Mediol. Idibus Octobri. M. cccc. xlix.

Franciſcus Philel. Ambroſio Iureconſulto. S.

Dicit quoſdam amicos, donec utilitas deceſſerit.

QVoniã iampridẽ obduruit meus animus ad eas ærumnas oĩs, quas affert incõſtantia, mutabilitasq; fortunæ, iccirco æquiorẽ in illos me prebeo, qui nulla iniuria laceſſiti, ſe mihi pſtãt importunos, atq; infeſtos. Nam ſi iniurias ſingulas perſequi uelim, mihi potius nocebo q̃ alijs. Non omnes amici ſunt, qui uidentur. Qui cõmoda emolumentaq; ſectantur, tamdiu ſunt amici, quoad utilitatis ratio coram floret. Si diſcedat utili-

tas,quæ amicitia manere poteſt?Idē poſſit de his iure dici, qui uoluptatē ſibi propoſuerūt. Tamdiu *enim ſe amicos inculcant,donec perfruātur optatis.*Quod *ſi quid triſtius accidat,nuſquā ſunt.*Non igitur *me perturbant,quæ de hominis leuitate p̄dicaſti,eſt enim ſimilis ſui.* At *ego ſequar meū uitæ inſtitutum.*Equidē *benefaciam ſemper.*Iniurias *ſi propulſare non potero,aut contēnam,aut perferam.* Vale. Ex Mediolano,Calen.Iunijs. M. cccc. l.

Franciſcus Philel. Ioanni Amerino Iureconſulto. S.

Laudat quēdā,ꝗ morali philoſophiæ operā dat.

QVod *ſcribis,dem operā,ut libros Ariſtotelis tibi cōparē,aut qui de rep.aut qui de re familiari nobis p̄cepta tradunt,faciā & propediē,& diligēter,modo librariū nactus ſim,cuius in his excribēdis opa uti poſſim,id qđ ſpero nobis minime defuturū.Laudo autē p̄ſtantiā ingenij tui,ſingularēꝗ uirtutē,qui q̄q̄ es occupatiſſimus,nolis tn̄ pati earū te rerum expertem dici,quæ ad bene beateꝗ uiuēdum præcipue cōducunt.Nā ſi ſeſe moderari & inſtituere pulchrū eſt,quod moralis diſciplina facit,quāto ſit pulchrius & p̄clarius,idē præſtare poſſe cū de domo,tum de ciuitate uniuerſa , cuius fœlicitas oīum fœlicitatē cōplexa eſt.*Accedit *ad remꝗ harum diſciplinarum cognitio eo eſt tibi magis neceſſaria , quo legū & iuris ciuilis ſapientia magis p̄ſtas.* Nam *quis audeat ſe iurecōſultū profiteri,his ignoratis fontibus, unde leges oēs iuraꝗ manarunt?*Faciā *igitur quod iubes & amice,& recte.* Vale. Ex Mediolano,Calen.Octobribus. M. cccc. l.

Franciſcus Philel.Petro Perleoni. S.

Cōſolatur amicum in aduerſa fortuna.

Aīaduerti

ANimaduerti ex tuis ad me literis tibi fortunã quam uocãt, aduerſari. At tu ſi me audis, aio forti, magnoq; ſis, & prudẽtia utaris, & patiẽtia. ſperesq; fore, ut p̃ſtanti ingẽtiq; uirtuti nihil tãdẽ neq; ad dignitatẽ, nec ad emolumẽtũ deeſſe poſſit. Itaq; ut ad Battum ait Corydon apud Theocritum.

Fidere Batte decet, melius cras forſan habebit.
Sperandum eſt uiuis, non eſt ſpes ulla ſepultis.
Nunc pluit, & clarus nunc Iuppiter æthere ſurgit.

Quare confide etiam propediem tibi melius fore. Quãdiu uiuimus, nos bona ſpe duci conuenit. Nam poſt imbrem ſerenitas ſequi ſolet. Curabo quod petis, quãquam res noſtræ ſunt hac tẽpeſtate ob uim̃ diuturni belli anguſtiores. Vale. Ex Mediolano. iiij. Nonas Octobres. M. cccc. l.

Franciſcus Philel. Franciſco Barbaro. S.

Libros repetit.

VEllẽ eã mihi fortunã deus optimus maximus tribuiſſet, ut & mihi poſſem, & amicis ſemp̃ gratificari. Nõ enim libros meos abs te peterẽ. Sed qm̃ illis carere nõ poſſum, rogo ut reſtituere iã incipias. Vale. Ex Mediolano. iiij. Nonas Octob. M. cccc. l.

Franciſcus Philel. Iacobo Caſſiano præsbytero. S.

Arguendo quẽdam libros ab eo repetit.

TAmdiu inani ſpe ductus abs te ſum, ut mihi ipſe ſuccenſeam. Cõmodaram Victorino Feltrenſi, eruditiſſimo & optimo uiro Proclum in Platonẽ cum Timæo Locro, & Ariſtotelis dialecticã cum egregijs cõmentarijs Alexãdri, & Themiſtij, cuius Proclus utatur aut hoſpitio, aut car

cere, ſum plane ignarus, niſi etiam ipſe fortaſſis fuerit a te cõiectus in uincla, & perpetuas tenebras. Dialecticam *uero apud te eſſe, tua iampridẽ ad me epiſtola teſtis eſt.* At *eam in ſex uſq; menſes commodato petieras, cum iam anni quatuor ꝓterierint.* Nec *codicem mittis, nec quicquam ad eas literas reſpondes, quas dedi ad te hac de re creberrimas.* Itaq; *non mirari non poſſum.* Occurritq; *mihi memoriæ, te idem olim de* Euripidis *tragœdijs, & mathematicis libris, quos idem* Victorinus *per te mihi reddendos iuſſerat, egiſſe.* Itaq; *non poſſum non moueri.* Nam *quantum uideri uideor, tibi ſum ludo.* Facies *autem pro officio tuo, qui & ſacerdos ſis, &* Victorini *diſcipulus, & mei ſtudioſus, ſi & meam ad me dialecticam dederis, & aliquid de* Proclo *docueris.* Volo *enim omnino meos apud me eſſe libros, ne inanis ſemper dominus exiſtimer.* Vale. Ex Mediolano, *pridie* Nonas Octobres. M. cccc. l.

Franciſcus Philel. Bernardo Iuſtiniano. S.

Literas ab amico petit, & libros ſuos repetit.

QVo *magis quotidie tuas expecto literas, eo me magis mea fallit ſpes,* Miror *q; plurimum, quid ſit in cauſa, ut tabellarius uacuus ſemper redeat literis tuis, cum ab alijs amicis frequentes reddat.* Itaque *pro noſtra uetere beniuolentia abs te peto, ut hoc me deſyderio tandem leues.* Quod *ſi feceris habeo tibi nõ mediocres gratias.* Præterea *mea illa opuſcula, quæ tum pater tuus uir ille grauiſſimus atq; optimus, tum etiam ipſe tu uiſenda accepiſti, iſti nuncio ad me des uelim, qui meam tibi epiſtolam reddidit.* Nã *cum earum rerum nullũ omnino mihi exemplũ ſit, uideor familiaribus quibuſdã nõ æque in*

ſe nunc

ſe nunc liberalis atꝙ antea conſueueram.Vale.Ex Mediolano,pridie Idus Octobres. M. cccc. l.

Franciſcus Philel.Blaſio Axeretenſi equiti aurato. S.

Iocatur in amicum ruri manentem.

QVid tādiu ruri tenearis ignoro, p̄ſertim cum neꝙ ficus ruri,neꝙ uua neꝙ pomorū quicq̄ offenditur.Sed caſtaneæ te fortaſſe delectāt,quæ quoniam ſpiritus ſunt pleniſſimæ,ne lateri tibi noceant,caue.Nā ſi his utaris familiarius,uentris crepitum nunq̄ uites.Ego plantas ficulneas indies expecto. Vale. Ex Mediolano.iiij.Calen.Nouembres. M. cccc. l.

Fran. Philel.Ciccho Calabro,Ducali Secretario. S.

Pecunias ſolui ſibi petit.

DIxiſti cum hinc eſſes abiturus Laudem, ad triduū fore,ut quas iuſſerat Princeps pecuniæ mihi indubitato redderētur.Quatriduū iam aduenit,& de pecuniis uerbum nullum. Itaꝙ te rogo,ne iuſſa Principis fruſtra tuæ fidei mandata uideantur, q̄ diligentiſſime cures. Vale.Ex Mediolano. viij. Idus Nouembres. M. cccc. l.

Fran.Phil.Petro Thomaſio philoſopho,ac medico. S.

Literas repetit.

DEſyderaui iamdiu literas tuas, rurſusꝙ deſydero. Itaꝙ ſi me amas,id quod eſt clarius luce,noli committere,ut te uel negligentiæ nomine,uel obliuionis crimine accuſem. Vale.Ex Mediolano.viij.Idus Nouemb. M. cccc. l.

Fran.Phil.Ioanni euāgeliſtæ fratri Heremitano. S.

Stomachatur cuidam ſibi moleſto.

NEc inferre cuiq̄ ſum iniuriam unq̄ ſolitus, nec ferre contumeliā. Itaq; monēdus uiſus es, ut cœptis abſtineas, ne & inanis conatus tuos tacito cogitationis cōuitio tandē accuſes, & mihi argumentū afferas iure ulciſcendi. Q̄d ſi priſtinā amicitiā noſtram uolutare aīo uolueris nihil fruſtra tētabis. Præterea nō te debet cœpiſſe obliuio, & quæ locutus, & quæ molitus fueris in Principē noſtrū proximæ tyrānidis tēpeſtate. Hęc ſi efferātur in lucē, te puto pœniteat totius conatus tui. Nec longe fuerint arceſſendi teſtes. Nā & uicinia tua oīs, et tui ordinis ſocij & ſodales, itē cōmanducones q; tui cōſtantiſſima teſtimonia aduerſus te ferant. Paucis te admonui. Tu ne mihi ſtomachum moueas, caue. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris. vi. Idus Nouembres. M. cccc. l.

Franciſcus Philel. Facino Forobronuncianenſi. S.

Traditum ſe queritur obliuioni.

QVod mihi abiens uerbū non ſeceris, feciſti tu quidē inhumane, id q̄d non tam moribus tuis, qui ſunt humaniſſimi, dandū uelim, q̄ liberalitati Calabri noſtri Cicchi, qui dum ui nūmorum te obruit, facit oblitū amicitiæ noſtræ. Quare peto abs te, eum ut roges meo noīe, ne te nūmoſiorem efficiat, quo in amicos ſis diligentior, addas q;, ſe mihi gratiſſimam rem facturum, ſi negociū meum cōfecerit apud Principē, id q; & q̄primum, & ex ſentētia noſtra. Quā ipſam rem tu etiā q̄diligentiſſime cures, maiorē in modum a te contēdo. Vale. Ex Mediolano. vij. Calen. Decembres. M. cccc. l.

Frāci. Philel. Ciccho Calabro ducali Secretario. S.

Operam amici importune petit.

REm meam ut apud Principẽ cures,tãto ſtudio te rogo,ut maiore uix aliud quicq̃ poſſim. Nõ ea mihi cõditio eſt,ut morã pati liceat,id quod tibi eſſe pſpicuum nõ ſum neſcius.Noui ꝑterea occupationes tuas.quo fit,ut uel ĩportuniorẽ me ꝑbeã.Cedit enim neceſſitati pudor.Itaq; uelim oĩa pro tua prudẽtia mo dereris.Vale. Ex Mediolano.vij.Calẽ.Decẽb. M. cccc. l.

Franciſcus Philel.Blondo Flauio. S.

Certior fieri petit de proſpero ſtatu amici.

PErcunctãti quotidie ſæpiſſime de te mihi,tãdẽ eſt renunciatũ,te Ferrariã conceſſiſſe,habereq; perbelle.Quæ res me quãta uoluptate affecerit, conſyderari abs te malo,q̃dici a me,q eo te amo re cõplexus ſum,ut alium magis neminẽ.Qđ aũt in hanc diẽ nihil ad me ſcripſeris nõ mediocriter ſum miratus. Nõ enĩ es neſcius,q̃ mihi iucũdæ eſſe debeant tuæ ſecundæ res oẽs, quas æque mihi atq; tibi ſecũdas ſemꝑ iudicarim.Itaq; tuæ liberalitatis munus erit,ſi me feceris q̃primũ certiorem de omni ſtatu tuo,quẽ indies ab ĩmortali deo magis magisq; for tunari nõ ſolum cupio ,ſed etiam opto. Vale,& clariſſimo philoſopho Nicolao Vario ,& eloquẽtiſſimo uiro Guarino Veronẽſi ſalutem meo nomine plurimam dicito. Ex Medio lano.vij.Calen.Decembres. M. cccc. l.

Fran. Philel.Ciccho Calabro Ducali Secretario. S.

Grata fuiſſe ſcripta amici dicit.

ME tuæ perhumanæ amiciſſimæq; literæ , nõ mȯ recrearũt , ſed etiã mirifice refecerunt.Nec du bito,quæ ſcripſiſti,ex animi ſnĩa eſſe a te ſcri pta , modo quẽadmodum ipſe benigne cupis,ita

etiam reliqua iuſſa Principis exequantur.Vale. Ex Medio*lano.vi.Calen.*Decembres. M. cccc. l.

Franciſcus Philelphus Petro Thomaſio philoſopho, ac medico. S.

Suadet amico,ut etiam in ſenio non quieſcat a ſtudio.

NOſti eam eſſe ſapientum uirorum ſententiã, nihil accidere pernitioſius ſenectuti; q̃ animi relaxationem. Ea enim ingenij uis, quam iuuente feruor excitabat,iam ſpiritali ſanguinis fomento ueluti tepeſcente, paulatim hebet, ubi diligentia, & perpetuo quodam ſtudio minus acuatur. Itaque non abſurde monent, qui præcipiunt, eſſe in huiuſmodi ætate labores corporis minuendos,adaugendos autem animi.Quãquam haud ſcio q̃ ocioſa uita conducat corpori.Videmus certe apud Homerum, *Neſtorem & animi,& corporis uiribus æque delectari.* Ego *autem puto in omni ætate mediocritatem eſſe ſeruandam, & ita agendum,ut nihil nimis,nihil parum.Intenſionem remiſſione cenſeo condiendam.*At *relaxari qui uelit, languidæ cuiuſdam pecudis ſimillimum iudico.* Q*uorſum hæc?* Iam*pridem nihil ad me ſcribis, uel q̃plurimis literis prouocatus.* Nihil *eſſe in cã aliud opinor, q̃ ſenium.* Q*uare te rogo, ut & tui, & Muſarum iam incipias reminiſci. Mihiq; aliquid reſponde, ne uel ſenectutem in te accuſem, uel obliuionem, uel negligentiam.* Vale. Ex Mediolano.vi.Calen.De*cembres.* M. *cccc. l.*

Franciſcus Philel. Bapti*ſtæ Schacæ* Barocio. S.

Amicorum omnia eſſe communia.

Carmina ſua repetit.

*Q*Vod rebus meis utaris familiariter, nequaquam tibi uitio do. Nam ut Græci dicunt, τα των φίλων κοινα. Sed ꝙ ita utaris, ut mihi incommodes, minime laudo. Tu mea omnia carmina ita habes apud te, ut eorum mihi nullum eſſe reliquum exemplum uelle uidearis. Itaque quod ſum carminum opus aggreſſus, fruſtra aggreſſus uidear, ſi ita mihi te familiarem præſtiteris, ut non tua tibi ſolum, ſed mea etiam eſſe tua uolueris. Quod ne turpiter uſu ueniat, facito, mea omnia carmina ad me ꝙ̄primum redeant. Reliquiſti enim eorum apud me nihil. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris. vi. Calen. Decembres. M. cccc. l.

Franciſcus Philel. Baptiſtæ Schacæ Barocio. S.

Carmina iterum reddi ſibi poſtulat.

*Q*Vantum uideor intelligere, mauis te Dauum haberi, ꝙ̄ Oedipoda, qui tamē uterꝙ dici poſſis. Carmina inquā mea mihi ꝙ̄primū reddito. Quod ſi meæ literarum notæ fortaſſe te delectant, tuis etiam ego contētus ſim. Quod ſi neꝙ mea ad me dederis, nec alia ratione ſatisfeceris officio tuo, iure mihi uel caſtigandus, uel apertius monendus uideare. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris, pridie Calen. Decembres. M. cccc. l.

Franciſcus Philel. Andreæ Alamanno. S.

Literas amici laudat, eumꝙ ad uirtutem hortatur.

*Q*Vo te magis indies percipio, eo mihi humanitas tua, ingeniјꝙ fœcunditas dilucidior fit, & clarior. Tuæ mæ proximæ literæ mirum in modum delectarunt, quippe quæ non minus amoris plenæ ſummi erga me tui ꝙ̄ diſertiſſimæ uiſæ ſunt. Illud autem mihi mo-

leſtum fuit, ꝙ hæ peruenerint ad me, quo tẽporis momento uir integerrimus, religioſiſſimusꝙ ſacerdos frater Marianus, is qui tibi reddidit hãc epiſtolam, erat cõtinuo deceſſurus ad uos. Itaꝙ nõ potui quod uoluiſſem ad ea rñdere, quæ tum de uirtute, tũ de fortuna locutus es. Sed rñdebo poſtea, cum quid ocij nactus fuero, & ſi hoc mihi uix unquã datur oĩno. Interim te moneo atꝙ hortor, ut nihil exiſtimes humanis in rebus uni uirtuti anteponẽdum. Hæc enim ſola uiget, ſapit, eſtꝙ immortalis. Reliqua oĩa & uana ſunt, & fragilia, planeꝙ caduca. Quod ſi tecum diligenter animo uolutabis, tibi Salmacis datura ſit ſpolia, non tu ulli. Vale. Ex Mediolano. iiij. Nonas Decembres. M. cccc. l.

Franciſcus Philel. Sphortiæ ſecundo. S.

Promiſſa confectum iri petit.

PEto abs te maiorem in modum, ut quod & mihi corã recepiſti, et ex proximis meis literis audire potuiſti, id apud patrẽ tuum præſtantiſſimũ, & munificentiſſimum Principem q̃primum, & q̃optime conficias. Hac mihi re neꝙ gratius quicq̃, neꝙ magis neceſſarium præſtare potes. Vale. Ex Mediolano, pridie Idus Decembres. M. cccc. l.

Franciſcus Philel. Sphortiæ ſecundo. S.

Ad idem.

PEtij abs te proximis literis ſecundũ, quod etiam nunc tertiũ & peto, & te quoꝙ ſi pateris rogo, ut rem meã apud Principẽ noſtrũ munificentiſſimũ patrem tuum, ubi minus cõfeceris, ita conficias, ut mihi abiens corã recepiſti. In hunc diem neꝙ tu rñdiſti quicq̃, nec ex alio ſum certior factus quid egeris, aut

nõ egeris.Itaq; aut rñde q̃primũ,aut equũ mitte,quo uehar ad uos.Nã ſi ad uos uenero,facile futurum ſuſpicor,ne uacuus Mediolanum repetam, pſertim cum iam inſtet natalis Chriſtianus,quo Princeps ſolet ad beneficentiã exhortari. Vale.Ex Mediolano.v.Calen.Ianua. M. cccc. l.

Franciſcus Philel.Nicomedo Tranchedino. S.

Officium petit amici.

QVod & Princeps noſter Frãciſcus Sphortia tibi abeunti iuſſerat & ipſe uerbis pluribus abs te petij, ſi minus in hanc diẽ conficere potuiſti,ut conficias tandẽ,cupio. Hac enim una re neq; gratius mihi quicq̃ præſtare queas, nec etiã iucundius.At qui beneficiũ illud quis non libenter conferat,quod is in quẽ conferamus,maximi ſit facturus, & eo tamẽ uſurus non ſit? Sic enim tum ſumus liberales,tum ex huiuſmodi noſtra liberalitate,neq; moleſtiæ, neq; incõmodi quicquã accipimus. Tenes quid uelim. Vale.Ex Mediolano.xv. Calen.Ianuarias. M. cccc. l.

Franciſcus Philel. Facino Forobronũciano. S.

Petit ut ad ſe amicus ueniat.

SI commode fieri abs te poteſt,huc hodie uenias, peto. Sum enim tecum quædam cõmentaturus, qua re uelim ne differas, neq; cõmitas, ut te potius excuſandum cunctationis, quàm laudandum properationis oſtendas. Vale.Mediolani ex ædibus noſtris, Calen. Ianuarias. Anno a natali Chriſtiano. M. cccc. li.

Franciſcus Philel.Ioanni Mario filio. S.

Anxium ſe ait ſuper ualitudine & abſentia filij.

Oſteaq̃ a nobis abijſti, de te nihil accepimus. Itaq; non poſſumus nõ uereri, ne qd tibi quod nolimus, acciderit. Nã hoſpes ille ad quẽ diuerteras nocte, cuius proximo die hinc profectus es, Mediolanũ mõ ueniẽs, renũtiauit te, cũ eſſes apud ſe hoſpitatus, uiſum eſſe e ſtomacho laborare, et de caupone queſtum, apud quem prandiſſes. Quare uelim me facias de te, tuiſq; conſilijs q̃primum certiorem. Nam ſi uales, quid iſtic tẽpus inaniter teras, neſcio. Sin minus uales, dãda eſt opera, ne tua negligentia ſis peiore conditione. Vale. Ex Mediolano. v. Idus Ianua. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Laurentio Gyni filio.

Silentium diuturnum accuſat.

Non poſſum officium tuum non accuſare, φ tã diu ſilẽtium egeris. Nec enim mei oblitus eſſe debes, quem mirifice diligere conſueſti. Nec etiam Pythagoreus factus es tam repente, qui elocutionis ſtudio maxime omnium inſeruire didiceris. Nec te ſuperbum factum eſſe puto, qui humanitate & manſuetudine nemini cedas. Itaque niſi te iure accuſatum malis, facito prope diem intelligam, quid in cauſa fuerit, ut tanto ſilentio te dederis. Vale. Ex Mediolano, Idibus Ianuarijs. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Auguſtino Daco. S.

Silentium carpit.

Nulla ratione adduci poſſum, quin credam te mei eſſe amantiſſimũ, a quo ſis pulcherrime inſtitutus. Sed non poſſum non mirari, φ nihil literis obſtrepas, qui quotidie cũ apud uos age-

rem, me pulcherrimis tuis, ſuauiſſimisq́ epiſtolis ueluti laceſſeres. Nunc *uero totus es mutus, qui quo es factus lingua ſolutiore, eo te loquatiorem eſſe oportuit.* Vale. Ex Mediolano, *Idibus Ianuarijs.* M. *cccc. li.*

Franciſcus Philel. Franciſco Patritio. S.

Literas a diſcipulo petit.

QVam de te Philelphus ſit benemeritus, eloquentiæ & eruditionis nomē, quod es ꝑ oēm Italiam non mediocre, neq́ obſcurū adeptus, facile declarat. Quo fit, ut non neſcius eſſe debeas, q̄ te gratum eſſe oporteat. Quod enim maius in quēquam beneficium conferri poteſt, q̄ diſciplinæ & eloquētiæ? quibus rebus non modo cæteris omnibus animantibus, ſed ipſis quoq́ præſtamus hominibus, qui nihil ſupra hominem ſapiunt. Deſydero igitur officium tuum his in rebus, quibus a nobis uel inſtitutus es, uel confirmatus, ni tacendi fortaſſe, q̄ loquendi artem profiteri malis.* Vale. Ex Mediolano, *Idibus Ianuarijs.* M. *cccc. li.*

Frāciſcus Phil. Blaſio Axeretenſi equiti aurato. S.

Plantas ſibi mitti petit.

IAm uer eſt in limine. Itaq́ a te peto, ut quas hyeme plātas illas ficulneas ad me dare ueluti peritior agricola noluiſti, nunc tandē dare incipias. Niſi fortaſſe (quod olim) moleſte feras, res ullas bonas fore tibi cōes cū alijs. Nā ſi pluribus rogari te cupias, nō poſſum nō uereri, ne uel īuidiæ, uel obtrectationis ſis accuſandus, quas quidē ꝑturbationes indignas arbitror magnitudine animi tui. Cupio itē plantas prunorū Damaſcenorū.* Vale. Ex Mediolano. iiij. Nonas Februarias.* M. *cccc. li.*

Franciſcus Philel.Ioanni *Auriſpæ.* S.

Librum ſerio petit ſibi reddi.

POllucē meū uidere cupio. Nā eius mihi pn̄tia uehemēter eſt opus. Quare ne iſtū patiaris apud te diutius hoſpitari, maiorē in modum abs te peto. Vale. Ex Mediolano. xij. Calen. Martias. M. cccc. li.

*Franciſcus Philel.*Laurentio Vallæ. S.

Conſilium mutatum ab amico miratur.

AVdio te reliquiſſe Alphonſum regē, & eſſe Romæ. Nec dubito te nihil pro tua prudētia feciſſe temere. Miror aūt cum ab Alphonſo honorifice, & ut accepi, commode tractareris, quid Romæ q̄ Neapoli hoc tpe uitā agere malueris, p̄ſertim cum nō ſis neſcius, quos fluctus nauigaturus ſis. Non enim ocioſum te eſſe patiētur, qui uiros bonos, eruditosq; inſequi uel abſentis conſuerunt. Tibi autem ut omnia ſecūda ſint, plurimum opto. Vale. Ex Mediolano. xij. Calen. Martias. M. cccc. li.

Franciſcus Philel.Franciſco *Barbaro.* S.

Hortatur amicū, ut libros tandē reddat.

IAm pudet me repetere toties libros illos, quos cum Conſtātinopoli agerem, ad te dedi. Video enim ad id te nihil oīno in hanc diem rn̄dere. Nec ſatis intelligo ſn̄iam animi tui. Non enim iccirco tacere te exiſtimo, q meos mihi libros nolis reſtituere. Noui enim & grauitatē, & conſtantiā tuā, noui fidem, noui integritatē. Ad hæc ea es altitudine animi, ea quā Græci μεγαλοπρέπειαν dicunt, noſtri uero magnidecentiā recte nominant, ut nō modo quæ aliena ſunt, nolis inuito domino, ſed etiā tua q̄ munificētiſſime in alium cōferas, præſertim

ſertim eum quem tui eſſe obſeruantiſſimũ non ignores. Itaq; te mi humaniſſime Barbare rogo etiã atq; etiã, ut meos mihi libros, qui iam annos triginta hoſpitati apud te ſunt, contu bernalis efficias, & id hac quidẽ lege, ut quem codicẽ ex om nibus magis adamaris, eum tibi perpetuum eſſe atq; tuum ue lim. Vale. Ex Mediolano. xi. Calen. Martias. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Angelo Reatino Iureconſulto. S.

Pollicita maturari deſyderat.

QVod de meo negotio cũ Ciccho Simoneta uerba feceris, eſt mihi gratiſſimũ, ſed eo gratius futu rum, ſi breui, & ut decet, quod perhumaniter Ciccus eſt pollicitus, conficere ipſe perrexerit. Nullo enim modo recte cõſultũ eſt rebus meis tãdiu tempus terere. Annus enim præterit, poſteaq̃ optimus Princeps no ſter huius florẽtiſſimæ reip. eſt potitus, qui quanq̃ munificẽ tiſſimus in me eſt, ego tñ adhuc de ſtatu meo ĩcertus ſum. Et res mea domeſtica eſt adeo attenuata diuturnitate bellorum, & uictus caritudine, ut ad tenuitatẽ accedere nihil queat. Nec Principis gloriæ, nec laudi meæ cõducit eẽ Philelphũ aĩo ægro, quod tamdiu ſit, neceſſe eſt, quoad egere deſierit. Nã egeſtatẽ nimiã muſæ abominãtur, qua lætæ eſſe nõ poſ ſunt. Vale. Ex Mediolano. xiiij. Calen. Martias. M. cccc. li.

Frãc. Philel. Ciccho Simonetæ Ducali Secretario. S.

Expedire petit, quod in rem ſuam ſit.

EGo te plurimum rogo atq; oro, ut rem meam iam tãdem expedias. Nihil enim prudenti uiro ſtul tius duci puto, q̃ ſibi ac rebus ſuis neſcire conſu lere. Nec enim mihi ſemper pendendum eſt. Ita eſſe ut ſum, neq; Principi conducit, nec mihi. Vale. Ex Me

diolano.xij.Calen.Martias. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Iacobo Camerinati. S.

Librum repetit.

ILlas.M. Tullij Ciceronis Orationes, quas a me commodato accepiſti habere cupio. Itaꝗ eas uelim propediem ad me des. Nã iamdiu tuo hoſpitio uſæ ſunt, quare facito domũ repetãt, uereor enim ne dominum ſint oblitæ. Quod ſi tardarint, extrude. Vale. Ex Mediolano.xij.Calen.Martias. M. cccc. li.

Fran.Phil.Blondo Flauio Apoſtolico Secretario. S.

Literas ſe nondum accepiſſe dicit.

Deinde ſtatum ſuum ſignificat.

GAudeo ꝗ ſcribis te meas anteuertiſſe literas, & ſi tuæ quantum uideor intelligere, utuntur adhuc inceſſu teſtudineo, nondũ enim aduentarunt. Quare uide ne fides infido illi nũcio deſyderanda ſit. Q đ aũt de ſtatu meo certior fieri uis, hic me Princeps ſingulari beniuolẽtia eſt cõplexus, cumulatꝗ quotidie maioribus beneficijs, Hieronymus gener, reliquaꝗ familia noſtra bene habet. De Strabone nihil eſt qđ laboremus. Amicus enim ille eũ habere ſe ꝑnegat. Iſtic eſt apud Auriſpã eiuſmodi Strabo geographus, & ut audiui, apud Guarinũ, ſi quem habere potes, cõmodato mitte ad me, & ad triduum uſꝗ faciam quod cupis. Te noſtro Principi ꝗ̃diligentiſſime cõmendaui, ꝗ tum iucũdiſſime de te audiuit, tum r̃ndit ꝑhumaniter, & ꝑbenigne. Vellẽ, quod ſcribis, uno eſſemus atque eodẽ loco, quo alter altero frui aſſidue poſſemus. Nã cũ ſtudiorũ & ſimilitudo, tũ conſiliorũ cõicatio, & cõuictus aſſiduusꝗ uſus amicitiã maxime nõ tuetur ſolum, ſed auget, &

ſuauiorem efficit. Q͞d te tātiſper ad agriculturā cōtuleris, dū uer adolere incipiat, laudo, modo piri iſtæ quas inſeris, & conſitões uitium uberrimum fructum aliquem breui ſint allaturæ. Cum Italiā tuam omni ex parte exornaris, fac uideam. Vale. Ex Mediolano. iiij. Calen. Martias. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Sphortiæ ſecundo. S.

Dicit ſe nihil accepiſſe promiſſi.

SOllicitus es non modo non petenti mihi, ſed ne cogitanti quidē, te dono daturum neſcio quid. Ita nolim te falli opinione tua, ut intelligas nihil eſſe mihi redditum tuo nomine, nec item alterius cuiusq̄ in hanc diem. Quare facito, ne uel obliuionis accuſeris, uel negligentiæ. Nam utrūq; crimen tua præclara indole eſt indignum. Vale. Ex Mediolano, quinto Idus Martias. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Franciſco Patritio. S.

Amari ſe lætatur, & rediturum ſe ſpondet.

EX literis Xenophōtis filij liquido cognoui, quod minime dubitabā, ſingularē erga me tuā beniuolētiam. Lætor aūt uehemēter, q̄ uetus illa de te mea me nequaq̄ fefellit opinio. Itaq; ut intelligas me ui amoris non uinci abs te, decreui oīno ad uos redire, modo æqua id conditione fieri a me poſſit. Tuum igitur munus fuerit, ut quod cœpiſti ſponte, id etiam mea cā perficias. Xenophon reliquā tecum cōmentabitur. Ego patrē tuū grauiſſimum & optimū uirum bene ualere opto. Vale. Ex Mediolano, pridie Calen. Apriles. M. cccc. li.

Fran. Philel. Antonio Michaeli equiti aurato. S.

Laudat amicum, q̄ ſe amat.

GAudeo equidẽ plurimum, ꝙ non ſolum in rei pecuniariæ, ſed in amicorũ etiã hæreditatẽ ſuccedere inſtitueris patri tuo clariſſimo & ſapientiſſimo uiro, qui cum mihi tanta familiaritas beniuolentiaꝗ; fuit, ut maior cui q̃ eſſe poſſet cũ nemine. Nã filius Xenophon literis mihi ſignificauit, quãto ſtudio ac fide operã das, ut me corã perpetuo uti atꝗ; frui poſſis, imitatus humaniſſimũ patris ingeniũ, æque me diligis, atꝗ; ille cõſueuit. Itaꝗ; tibi gratias habeo maximas. Vt autẽ intelligas me tibi in amore nulla ex parte cedere, Xenophon filius, quam ego decreuerim ire in ſententiam tuam, tibi coram exponet. Vale. Ex Mediolano, pridie Calen. Apriles. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Bernardo Iuſtiniano. S.

Accuſat quendam raræ ſcriptionis.

QVoties accipio tuas literas, toties Leonardum meũ, patrẽ tuũ, uel potius noſtrũ clariſſimũ, & ꝓſtãti ſapiẽtia uirum uideor corã aſpicere, eũdẽꝗ; mutuo & audire, & alloqui. Quæ q̃dẽ res cũ ſummã mihi afferat uoluptatẽ, facile debes intelligere, q̃ mihi moleſtũ ſit, cum etiã bis, & iterũ inuitatus, interdũ nihil rñdes. Ad reſurrectionẽ Chriſtianã, id quod hortaris, te uiſere inſtitui, modo id mihi facere liceat per Principem. Quare quod facto fuerit opus, corã una cõmentabimur. Vale. Ex Mediolano, pridie Calẽ. Apriles. M. cccc. li.

Fran. Philel. Petro Thomaſio, philoſopho, medicoꝗ;. S.

Silentium excuſat, & literas petit.

IAm mẽſes prope duo ꝑteriere, poſtea q̃ nullæ mihi tuæ literæ ſũt redditæ. Itaꝗ; ſum miratus & tuũ, & Bernardi Iuſtiniani ſilẽtium. Si mihi quic q̃ es facturus,

facturus, quod gaudeã maxime, cura ut prope diẽ literas tuas quàm lõgiſſimas lectitẽ. Vale. Ex Med. v. Calẽ. Iunias. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Salarium duplum petit, ut redeat.

QVod Senenſes reditum ad ſe meum uehemẽter cupiũt, gaudeo. Omniũ primum tibi uidẽdum eſt, quanti faciant meũ reditũ, ut intelligas me nulla conditione Senam repetiturũ, niſi duplo maius mihi ſalarium eo cõſtituerint, quod antea pſtitiſſent. Vale. Ex Mediolano. iij. Calen. Iunias. M. cccc. li.

Franciſcus Phil. Ænico Daualo equiti aurato. S.

Diligere ſe ait amicum, & ſemper dilecturũ, etiam ſuum pollicetur aduentum.

QVãtam mihi uoluptatẽ attulerit tua illa per grauis diſertiſſimaque epiſtola, quam nudiuſquartus a te accepi, & ſi debes alijs literis meis intellexiſſe, tñ quia fit interdũ, ut literæ non reddãtur, iccirco eædẽ rurſum atque ab me ſigñatum iri exiſtimaui. Quãti ego ſemp fecerim beniuolentiã tuã, iam totos annos. xij. cognoſti. Itaque amabã te, colebã plurimum, ſolo egregiæ uirtutis tuæ interuẽtu. Aliud beneficium interceſſerat nihil. Nunc aũt cũ uideo, quãta me benignitate proſequeris, potes facile cõiectare, quãtus cumulus acceſſerit ad obſeruantiã erga te meã, nihil eſt profecto quod magis cupiã quàm id pſtare, ut quàm dilucidiſſime perſpicias, me unum eſſe ſemperque futurũ, quo de uno ea tibi poſſis omnia polliceri, quæ de gratiſſimo, & obſeruãtiſſimo homine expectari conueniat. Aduentum aũt meum ad Alphonſum regem maturabo ſimul atque librarius ſatyrarũ codicẽ, quem cœpit, excripſerit. Tu

me interim & regi cõmenda, & tibi. Vale. Ex Mediolano. *iiij.Calen.Iunias.* M. cccc. li.

Fran.Philel. Aenico Daualo equiti aurato. S.

Peſtilentiam ait incrudeſcere.

COepit Mediolani adeo peſtilẽtia incrudeſcere, ut nõ poſſim mihi nõ metuere. Itaq; nihil eſt quod omittam ad parandũ iter ad te, modo librarius non me fallat, ad ſecundum uſq; menſem, aut paulo amplius te uidebo. Vale. Ex Mediolano iij.Idus Iunias. M. cccc. li.

Franciſcus Philel.Mariano ſacerdoti. S.

Certior fieri petit de commiſſis.

QVid in cauſa fuerit, ut poſtea q̃ hinc abijſti, nihil de his reſpõderis, quæ tuæ fidei pro amicitia noſtra mandaram, non prius intelligam q̃ ipſe tu me feceris tuis literis certiorẽ. Quare ſi me nunc diligis, ut antea conſueuiſti, a te peto, ne me longius teneas deſyderio tuarum literarum. Vale. Ex Mediolano, pridie Idus Iunias. M. cccc. li.

Franciſcus Philel.Antonio Panormitæ. S.

Commendat filium.

SI qua in re Xenophonti filio fuerit opus tua opa, ſcio te nihil eorũ ꝑtermiſſurũ omnium, quæ mea intereſſe cognoris. Quis enim eſt cui q̃ tibi charior eſſe debeã? Nã ego te non ſecus diligo, amoq; ex animo ac fratrem, id quod tibi niſi ex omni parte eſt cognitum, quid eſſe cognitum poſſit, non intelligo. Vale cum pudiciſſima uxore tua, pulcherrimaq; filiola. Ex Mediolano, pridie Idus Iunias. M. cccc. li.

Fran.

Franciſcus Philel.Aenico Daualo equiti aurato. S.

Loqui ſe ait per filium,qui literas pertulit.

X*Enophon filius ad te uenit, ex quo mentē meā omnem intelliges.Quare quicquid tibi nomine meo expoſuerit,ita accipe,ac ſi me coram loquentē audires. Verba enim filij patris ſunt omnia.Itaq; me totum in Xenophonte apud te eſſe exiſtimato. Te autem rogo, ut idem in me ſis, qui fuiſti ſemper, hoc eſt & facilis, & humanus, & quantum ad regem attinet,perbenignus.* Reliqua *ex ipſo* Xeno*phonte cognoſces.* Vale. Ex Mediolano,*pridie Idus Iunias.* M. *cccc. li.*

Franciſcus Philel.Franciſco Barbaro. S.

Nihil quod ſcribat occurriſſe ait. Item de podagra.

QVærenti *mihi literas ad te dare, quas lecturus libenter fores, nullum ſane conſentaneum Muſis occurrebat argumentū.* Nam *quid aliud Philelphus dignius ſcribat ad Barbarum,q̄ de humanitatis ſtudijs? At hæc ſcilicet apud nos ſordent. De rebus uero bellicis, quas uideo quotidie impendere ardentioris, non eſt mei muneris quicquam obſtrepere.Quod autem acceperim te ex pedibus laborare, non poteſt mihi pro noſtra ſumma beniuolentia non eſſe permoleſtum.* Eſt *enim indignus, qui quicquam patiaris quod nolis, præſertim cum ſis uita continentiſſima, ni fortaſſis iſte ſit morbus abusq; maioribus tuis hæreditarius.* Nam *podagra, ut* Hippocratis *ſententia eſt, fit ex eo ſanguine, quem bilis ac pituita corruperit, & id quidem in uenis gracillimis, quibus corpus ut perneceſſarijs carere nullo pacto ptō.* At *ipſe tu nulli es bili obnoxius, qui unus omnium ſis mode-*

ratiſſimis moribus. Sed nec pituitæ quidem, qui nulla ſis nec ingenij, nec corporis craſſitudine. Quare cum iſtiuſmodi offenſio a parẽtibus in te inſit, fer æquo aĩo hæreditatẽ. Vale. Ex Mediolano, pridie Idus Iunias. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Nicolao Arcimboldo, Ducali Senatori, ac Iurecõſulto. S.

Promittit ſe curaturum omnia.

NI tibi uiro integerrimo, & eruditiſſimo homini, & cum rerũ mearũ omnium, tum meipſius in primis ſtudioſo, gratificer omnia quæ præſtari a me queant, ſim plane ingratus. Faciam igitur quod tantopere efflagitas, & id quidem non libẽter minus q̃ diligenter. Cæterũ noſti occupationes meas, quibus ſi uoluntatem meam comparaueris, haud me cunctationis accuſabis. Studebo tamen, annitarq; manibus ac pedibus, ut aiunt, ut diligentia omnẽ ſuperet neceſſitatẽ. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris, Idibus Iunijs. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Donato Actiolo. S.

Nomina librorum priſcorum deſyderat ſibi ſcribi.

ACcepi eſſe apud uos quoſdam priſcos de arte Grammatica libros, quorum uelim nomina ad me ſcribas. Nã quibus hoc tẽpore in publicis ludis Græci utũtur libris, pleni ſunt ineptiarum, ac plane tales, ut ad dediſcendum ſint, q̃ ad diſcendum longe magis accõmodati. Tu fac quod peto, ac Vale. Ex Mediolano, Idibus Iunijs. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Catoni Sacco equiti aurato, ac iureconſulto. S.

Arguit amicum auariuſculum factum.

Aiunt

*A*Iunt te mi Cato auariuſculũ factũ, quod plurimũ miror. Nã cui paras pecunias tuas, qui liberos ne gigneres, uxorẽ Mathuſalem tibi matrimonio iũxiſti? Fratri ne? At ille eſt lõge te ſtultior, qui a tuo conſpectu non ſecus fugit, q̃ ſi baſiliſcum intueretur. Num te podagra iccirco in auaritiã agit, q́ metuas fore, ne ſi leges docere, & ius ciuile cogaris deſerere, ad pauperiẽ priſtinã redigare, quaſi tibi nõ propterea iunxeris locupletẽ anum uxorẽ, q́ nummos liberis prætuleris? Viue igitur, ut conſueſti, liberaliter, neq́ tibi pauperies metui ſit. Nullus enim uehementior dolor uacat febre, quæ una te breui, ni ſapias, omni exuet cura. Vale. Ex Mediolano, Idibus Iunijs. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Andreæ Alamanno. S.
Commendatio ironica, ac ridicula.

*D*Emetrius Siguropolus iſtac iter facturus in urbem Romã, petijt a me, ut ſe tibi ꝑ literas cõmẽdarẽ. Quod mihi tam facile eſt, q̃ quod facillimũ. Modo intelligas eũ eſſe Demetriũ, qui cum grauitate ac uero nihil habuerit in cõe unquã. Ex librario nõ inepto (quãtũ ad formã literarũ attinet) uult uideri philoſophus, id qđ tibi ex ornatu capitis, lõgioriq́ pallio tibi facile fuerit iudicare. Nam neq́ uitæ inſtitutis, neq́ doctrina ulla philoſophi qcq̃ ſapit. Verũ lingua eſt & celeri, et ſuaui, ut Græcorũ nemini cedat. Voce quoq́ & clara, & ſonora. Rẽ oẽm tenes. Ita tibi hoiem cõmẽdo, ut illi adſis, & tecũ habitet. Vale. Ex Mediolano, Idibus Iunijs. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Benedicto Nurſino philoſopho, ac medico Ducali. S.

Peſtilentiam ſe timere ait, & conſilium petit.

NOn eſſe poſſum ſine ꝑmagna ſollicitudine animi, ac modeſtia ob hunc peſtilentiæ morbum, quo uniuerſa correpta ciuitas in aſſiduis, innumerabilibusq; funeribus, et dies conſumit, & noctis. Neq; ſatis ſcio quid conſilij capiã. Nam ſine liberis, uniuerſaq; familia hinc decedere, & inhumanum ſit, & dedecoroſum omnino. Diutius uero uerſari inter tot, ac tantos ineuitabilium ſagittarum ictus, eſt hominis non minus diſſoluti, q̃ inſipientis, planeq; inſani. Præterea & quo ſim profecturus, & quo pacto, qui & pecunijs caream, & ab omni fortaſſis urbe metu contagionis excludar? Peto igitur a te mi Benedicte, ut tuis me prudentiſſimis conſilijs adiuues. Vale. Ex Mediolano, Idibus Iunijs. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Angelo Reatino Iureconſulto. S.

Peſtilentiam incrudeſcere ait.

ET Princeps abeſt Mediolano, & peſtifer hic morbus incrudeſcit indies magis atque magis. Nec mihi integrum eſt, maneam ne, an abeam, ita ſum & animo perturbato, & conſilij egens, in tanta præſertim rerum mearum omnium difficultate, & inopia. Accedit item ad malum, ꝙ edicto Principis cautum audio, ne quis Mediolano decedens, in loca alia admittatur eius ditioni ſubiecta. Rogo te maiorem in modum, mihi faciunda ut q̃primum conſulas. Vale. Ex Mediolano, Idibus Iunijs. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Ciccho Simonetæ. S.

Paupertatis incõmoda narrat, & conſuli ſibi petit.

Deus his uel mortuis ſit iratus, q̃ primi auro & argẽto preciũ ſtatuerũt, ut qui caret alterutro, inutilis (ut ita dixerim) habeatur. Qđ nunc ui= deo accidiſſe. Quãto uerſor in periculo, atq; di ſcrimine inter hæc peſtilentiæ iacula, tute uel reticente me aĩaduertis. Si mihi adeſſent pecuniæ, ꝑmultos haberẽ fauto res & ſalutis, & dignitatis meæ. Sed qm̃ illis careo, præter te unum uirũ optimum, & hominũ mihi amiciſſimum, cæte ri oẽs alij negligunt, alij contẽnunt. Nec tñ tibi perſuadeas uolo, me frãgi animo, aut aliud quicq̃ humilius de me ſape re. Quin eorum potius miſereor, qui in hominis figura uitã pecudis repreſentãt. Velim tamen pro noſtra amicitia mihi conſulas, quæ ſit tua de rebus meis ſententia. Nam nec diu= tius mihi agere licet Mediolani, propter inualeſcentem in dies magis atq; magis incrudeſcentem peſtilentiæ uim, & efferatam rabiem, nec alio ſecedere indigenti pecuniarum. Literæ enim Ducales nihil omnino mihi profuerunt apud hos ædiles, hoc eſt prouentuum ducalium magiſtros quos uocant. Ne metuerem fore, ut offenderem Principis uolunta tem abirem extra hanc Galliam Ciſalpinã tutioris in locos. Vale, & Principem hortare, ut meminerit mei. Ex Medio= lano, Idibus Iunijs. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Nicolao Cebæ. S.

Cur breuis ſit, indicat.

Reſpõdi nudiuſtertius tuis literis. Itaq; in præ= ſentia breuitate ſum uſus, ꝓſertim ꝙ Xenophon filius iſtuc iret, qui tecũ meo nomine uerba fa= cturus eſſet. Venit enim, ut Ioannem Marium fratrem comitetur Mediolanum. Huic uelim, mea illa con=

uiuia ad me des. Vale. *Ex* Mediol. *Idibus* Iunijs. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Petro Perleoni. S.

Filium ad ſe rediturum ſignificat.

P*Vto audiuiſſe te, inſtituiſſe* Ioãnem Marium *fi-lium ad nos reditũ facere. Quare petijt per lite ras, ut* Xenophõta Genuã, *qua iter facturus eſt, q̃primum mitterem, quo ſe comitetur* Mediola-num. *Reliqua* Xenophon *ipſe filius meis uerbis tibi coram narrabit. Ego* Arrhianum *uehementer cupio.* Vale. Ex Me-*diolano, Idibus Iunijs.* M. cccc. li.

Fran. Phil. Petro Thomaſio *philoſopho, ac medico.* S.

Stomachatur ſe literas ad ſe datas nõ accepiſſe.

C*Vm cæteris in rebus me tuæ proximæ literæ plu rimũ delectarũt, tum eo me nõ mediocriter ꝑtur barũt, ꝙ publicæ fidei literas ſignãbas iam ſupra ſecundũ menſem miſſas ad me a* Bernardo Iuſti-*niano, uiro patritio, & mihi amiciſſimo. Fatebor tibi inge-nue, quæ ante fuit opinio mea. Inſtituerã, ut ſcis, ad reſur-rectionẽ* Chriſtianã *ire ad uos. Itaq; me pararã, quotidie li teras ueſtras auidiſſime expectãs. Sed ubi aduenit cõſtituta dies, nec ego ex te, nec ex alio quoq̃ amicorũ uideo quicquã epiſtolarũ. Cœpi mecum uehementer ſtomachari, atq; iraſci mihimet, qui oĩno fruſtra amarẽ. Itaq; decreuerã nihil poſt hac amplius ad uos ſcribere. Sicq; diſtuli cõpluſculũ tpis, ut noſti. Deinde cum refrixiſſet excandeſcẽtia et amicitiæ uis rurſus cõualuiſſet, nõ potui me continere, quin aliqd tecum obſtreperẽ. Nunc re quã ſcribis, diligenter conſyderata, qd iudicaturus ſim neſcio. Vnũ aũt cupio, ut me facias q̃primũ certiorem, qui nam ille fuerit, cui* Bernardus *literas ad me*

dedit. Reliquũ eſt, ut aliæ parētur publicç fidei literę, q̃bus tp̄s duorũ mēſiũ ſit p̄fixũ, atq; incipiat ad, xvij. Calē. Septē. Ad id enim tp̄is inſtituti proculdubio uos uiſere, id q̃d me tuto factur ũ uolo. At nolim, mihi obeſſe poſſit, q; iamdiu in his ſum, quibus cum tam dura bella geſſiſtis. Sum aũt iturus ad Alphonſum regē. Quare diuertam ex eo ad uos itinere. Vale. Ex Mediolano. x. Calend. Iulias. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Ænico Daualo. S.

Cōqueritur ſe literas nō accepiſſe, & uēturũ ſe ſpōdet.

CVm certior factus a Gabriele mirabili (qui modo iſtinc Mediolanum orator rediјt) dediſſe te ſibi alias ad me literas circiter Calen. Februarias, quas ego uidi nuſq̃. Nec aliæ oīno ullæ ex te mihi redditæ ſunt literæ, præter eas, quas ex Puteolis ad xvij. Calen. Maias ad me dediſti. Itaq; nihil tibi mirandum eſt, ſi nullũ a me reſpōſum accepiſti. Nam quid ſcripſeras, ſcire non potui. Ad proximas aũt rn̄di. Nũc aũt habeo noui nihil. Satyrarum codex quotidie excribitur. Si prius neque ro, ad Auguſtũ ſaltē iter oīno ad uos capiã. Ante id tp̄is nullo pacto licet. Vale. Ex Mediolano. x. Cal. Iulias. M. cccc. li.

Fran. Phil. Catoni Sacco Iurecōſulto, & eq̃ti aurato. S.

Laudat amicum.

XEnophon filius corã tibi exponet, quid fieri abs te uelim. Tu autē facies ſcio, quod ſemper cōſueſti, & amice, & recte. Ego ad Auguſtum ſum ad Alphonſum regē iter facturus, ab eodē ſcilicet ĩuitatus. Reliqua ex ipſo Xenophōte cognoſces. Vale. Ex Mediol. iiij. Calē. Iulias. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Aenico Daualo, equiti aurato. S.

Literas petit.

QVod modo x. Calē. Iulias ad te ſcripſi, hinc ad uos iter capiā ad proximum Sextilē. Interea uero tpis ſatyrarū codex, quē regi dono daturus ſum, luculentiſſime exaratur. Tu uelim operam des, ut regiæ familiaritatis literæ, quarū comitatu iter proficiſcēdum utar, q̄primum eant ad me. Audio iſtic eſſe Venetorum oratorē, cuius tu hac in re opa uti poteris, ea ſcilicet, ut iſtiuſmodi literas ad egregiū medicū Petrū Thomaſium, qui Venetijs agit, & mihi, & tibi eſt familiariſſimus, q̄diligentiſſime pferendas curet. Is enim eſt a me iam cōmonefactus, ut eas literas cum primū acceperit, mittat ad me. Tu me interea diuo Alphonſo, tibiq; cōmenda. Vale. Ex Mediolano, pridie Calen. Iulias. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Ciccho Simonetæ. S.

Cōqueritur ſe pecunias nō recepiſſe.

TErnis literis meis eſſe debes certior factus, me neq; Papiæ, neq; Mediolani rē pecuniariā, quā decreuit Princeps, cōſequi potuiſſe. Nā & Papiēſes, & Mediolanēſes magiſtratus, nullas ſibi pecunias eſſe rn̄derūt. Id aūt quanto mihi incōmodo ſit, uel me reticente cognoſcis. Itaq; tua erit humanitatis, ita ad hos Mediolanenſes ſcribere, ut intelligant ſe ſua falli oportere opinione, qui nolunt ſe plus poſſe, q̄ Principem. Vale. Ex Mediolano, pridie Calen. Iulias. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Petro Thomaſio medico. S.

Deſyderium uidendi amicum inſinuat.

IAm quartum ad te ſcripſerā, poſteaq̄ nullæ mihi redditæ ſunt literæ tuæ. Poſtea uero nihil accidit, quod tua intereſſe arbitror, præter incredibi

le deſyderium meum uiſendi tui, quod indies magis magisq́ augeſcit. Hoc *autem me leuare, tui eſt officij.* Vale. Ex Mediolano.xv.Calen.Auguſtas. M. cccc. li.

Franciſcus Phil. Aenico Daualo, *equiti aurato.* S.

Venturum ſe dicit, & literas regis expectat.

APpropinquat iam Auguſtus, quod ad tp̄s me ad uos uenturũ antea ſcripſerã. Satyrarũ codex feſtinat ad calcem. Ego literas regias, quibus de antea ad te ſcripſi, uehemẽter expecto. Vale. Ex Mediolano.xv.Calen.Auguſtas. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Petro Perleoni. S.

Excuſat ſe apud amicum, & ei negocium dat.

QVæſiui diligẽter, ut tibi quem cupis laboris ſocium aliquẽ inuenirẽ. Nemo hic eſt in p̄ntia, q̄ iſtiuſmodi prouinciã ſubire uelit. Nec tñ dubito fore, ut cũ melius res hic habuerint, q̄n ſe aliquis offerat, quẽ ad te mittã. Interim cura ut ualeas cũ ſpõſa, & ad me Arrhianũ hiſtoricũ q̄primũ des. Ad hæc uelim dicas Nicolao Cebæ homini amiciſſimo uerbis meis, ut curet, ſi me amat, mea ad me conuiuia propediem dare. Cupio enim illa mecũ ferre in hoc meo ad Alphõſum regẽ itinere. Si alius fidus nũcius nõ occurrerit, ſaltẽ tabellarius mercatorũ deeſſe nõ poſſit, cui q̄cq̄d nũmorũ promiſſerit, ipſe libenter diſſoluã. Vale. Ex Mediolano.v.Cal.Auſtu.M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Petro Thomaſio medico. S.

Silentium latenter accuſat.

NOn poſſum nõ ſubdubitare factũ eẽ, ut tot quas ad te dedi literas, interceptæ ſint, q̄nquidẽ iam ſextum ſcripſerim, poſteaq̄ nulla mihi oĩno uel

perbreuis epiſtola tua reddita eſt. Deus *interceptoribus male faciat,qui me priuãt iucũdiſſimo fructu ſermonis tui,qui mihi oĩ melle eſt ſuauior.Itaq; uelim cures, ut omni ratione atq; arte fallentis fallas,ac me expleas deſyderio literarum tuarũ.*Vale.Ex Mediolano.vij.Idus Auguſt. M. cccc.li.

Franciſcus Philel.*Petro Thomaſio medico.* S.

Officium petit amici.

AD *ſeptimũ Idus Auguſtas cum iam meas literas obſignaſſem,binæ mihi tuæ redditæ ſunt, q̃bus diligẽtiſſime perlectis,rñdi etiã tunc tibi quantũ opus fuit.*Nunc *aũt abs te peto,atq; contendo,ac ſi pateris,etiã atq; etiã rogo,ut oĩ cura & diligentia operã des,ut quæ mea ſis intereſſe, q̃primum conficias,hoc mihi nec gratius ferre potes, nec neceſſarium magis.* Vale. Ex Mediolano.xviij.Calen.Septembres. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Ioanni Mario *filio.* S.

Profecturum Cremonam *ſe dicit.*

NE *fruſtra ad nos eas,hoc die Mediolanum egredimur,petituri* Cremonam,*ubi tãdiu futuri ſumus, quo ad hæc peſtilentialis morbi procella conquieuerit.*Vale.Ex Mediolano.v. Idus Septembres. M. cccc. li.

Franciſcus Philel.Ioanni Mario *filio.* S.

Eiectum ſe ex urbe dicit ob peſtem.

CVm *heſterno ueſperi* Cremonã *ueniſſemus, eſſemusq; excepti minime inhumaniter, hodie ex urbe eiecti ſumus.* In *cauſa hoc fuit.* Erat *mihi ſerua mercenaria ex familia non ignobili Aliprãda,nomine Antonia,& ea quidẽ puella nõ inuerecũda.*

Hanc

Hanc reliqueramus in cymba una cum Maria nutrice tua, ut tantiſper res noſtras aſſeruarent, dum ædes conduceremus. Nam cũ Xenophonte, ſororibusq; tuis, ac genero, apud honeſtum cauponem interim diuerteramus. Dum poſt paratas ædes hodie cymbam repeto, quo & res, & mulierculas agerem ad ædes, offendo Antoniam ſubita peſtilentiæ ui correptam, animã efflaſſe, poſitam in ripa, ibidemq; maximũ hominum concurſum, ac tumultum. Non potui mihi non metuere in tanta hominum barbaria, ſed multo magis filiabus, quas una cũ genero in urbe dimiſerã. Quid multis? Mihi in urbẽ regrediẽdi ptãs adempta eſt, reliqs itẽ noſtris ex urbe cõtinuo eiectis. Ruri nũc ſumus, qđ in ſuburbano iacet, qua itur Mãtuã. Vale. Ex Cremona, pridie Idus Septẽb. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Leodryſio Cribello. S.

Hortatur amicũ, ut res aſſeruet, ne furto ſurripiãtur.

SI grato in me aĩo eſſe uolueris, ut & eſſe debes, & ipſe te futurũ puto, curabis oĩa quæ iſtinc decedẽs tuæ fidei mandaui & amice, & diligenter, in primiſq;, ne quid mihi detrimẽti domi fiat. Nam te haud latet, quãtus nũc furũ numerus propter abſentiã ciuiũ Mediolani ubiq; noctu atq; die ĩſidietur, ut nullæ ædes ſatis aut clauſæ iſtis, aut munitæ ſint. Quare tuæ fuerit curæ ac beniuolẽtiæ erga me, operã dare, ne qđ nobis ſurripiatur abſentibus. Vale. Ex ſuburbano rure Cremonẽſi, Idibus Septẽ. M. cccc. li.

Franci. Philel. Matthæo Piſaurẽſi ædili curruli. S.

Eiectionem ſuam narrat.

QVod ſcire cupis, q̃ me humane, & liberaliter Cremonẽſes exceperint, accipies paucis. Me aduenientem uniuerſa ciuitas & uidit, & honorauit egre

gie. Sed ubi accidit ut mercenaria quędã mea ſerua peſtilẽtiali morbo correpta, uitam ſubito deſeruerit, tumultus ingens in urbe aduerſus me exortus eſt, quem plebeia inſania concitauerat. Nã qui uiri nobiles atq; boni eam urbem inhabitant, nihil huiuſmodi non modo non fecerunt, ſed ne tẽtauerunt quidẽ. Sum cõtinuo cum uniuerſa familia urbe excluſus, & nõ ſine magno quidẽ uitæ periculo uagabar in campo, auxilij oĩs atq; opis expers, nec quid conſilij caperem, ſatis mihi erat in promptu, uſqueadeo eram aĩo perturbato in tam repẽtino inſanientiũ hominũ motu. Tandẽ ubi paululũ plebeius ille furor ſedatus eſt, p̃ſtantes quidã pauci atq; boni ciues, permodeſte me adierunt, meq; hortati ſunt, ut modice ferrẽ, atq; æquo aĩo plebeiam illã ſtultitiã, quæ longe magis q̃ mihi bonis omnibus ciuibus permoleſta extitiſſet, Breui autem fore, ut illud omne erratum haud ignobili diligentia ſarciretur. Meq; duxerunt in proximum quoddã ſuburbium, ubi rus eſt, ac uilla cuiuſdam ciuis Perſechetæ. Vnde eiecto uillico, mihi uilla una cum rure tradita eſt, tantiſper incolenda, donec publica diligentia aliter meæ & rei, & dignitati prouiſum fuerit. Cæterum in præſentia incommodius agere nihil poſſem. Nam omnia mihi deſunt, p̃ter culices puliceſq;, & muſcas. Vale. Ex Cremonenſi rure ſuburbano. xvij. Calen. Octobres. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Chriſtophoro Marliano. S.

Amici præſentiam petit.

HOdie cum tibi primũ facultas oblata fuerit, fac ſi me amas, ut te uideã. Sunt enim quędã mihi tecum cõmentanda. Praterea uacuus ne omnino uenias, atramenti aliquantulũ tecum affer. Nam

atramentariũ

atramentarium meum æque ſitit, atq́ nos oẽs. Xenophon filius petit abs te aliquantulum uernicis. Vale. Ex ſuburbano rure. x. Calen. Octob. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Iacobo Camerinati. S.

Amicum ut ſe conueniat orat.

CVpio quædam cõmentari tecum. Itaq́ rem mihi pergratam facturus es, ſi cum quid ocij hodie nactus fueris, huc te conferes, quandoquidem nos ad te ire Barbaria iſta nõ ſinit. Arca illa noſtra cum libris eſt etiam nunc ſub Ioue. Vale. Ex rure ſuburbano. x. Calen. Octobres. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Ioanni Iordani iureconſulto. S.

Longũ ſilentiũ excuſat, & ſtatũ ſuum indicat.

PRæterierunt anni iam triginta, & amplius, poſteaq́ nec uerborũ a me, nec literarũ aliquid accepiſti, nec ego item abs te. Idq́ non alterutrius uoluntas aut negligentia ulla fecit, ſed longiſſima locorũ interualla. Nã cum tu adhuc Patauij operam dares iuri ciuili, ego a Venetijs ſoluẽs in Thraciam nauigaui, quo Græca ſapientia factus doctior, maiori uel uſui, uel ornamẽto Latinæ linguæ futurus eſſem. Qua una re factũ eſt, ut mutua ſcribẽdi uiciſſitudine priuati iãdiu fuerimus. Nã poſt annum ſeptimũ, ubi in Italiã reuertiſſem, & ſi eramus propinquores, tñ cũ tẽporũ quoq́ difficultas nobis fuiſſet ĩpedimẽto, uterq́ ſiluimus. Nũc uero cũ propiores facti eẽmus, tpsq́ ĩpm nos mutuo ad ſcribẽdũ hortaretur, anteuertere q̃ anteuerti malui, quo ĩtelligeres nullo amoris officio me poſſe abs te ſuꝑari. Scire aũt cupio, q̃ belle ualeas, et quãta me beniuolẽtia proſequare. Nã ego te nõ diligo ſolũ, ſed ita amo,

ut nihil ad cumulum addi queat. Valeo *autē pulchre.* Apud Cremonēſes *uero ideo me recepi,q̄m* Mediolani *(qua ipſa in urbe domiciliū mihi perpetuū cōſtitui)peſtilētia indies magis atq; magis inualeſcit,incrudeſcitq;.* Reliquū *eſt,ut quādiu in propinquo futuri ſumus,q̄ creberrimis inter nos literis quotidie aliquid cōmentemur.* Vale. Ex *rure* Cremonenſi *ſuburbano.x.*Calen.Octobres. M. *cccc.li.*

Franciſcus Philel.Iacobo Camerinati. S.

Incommoda ſua narrat amico.

E*Xiſtimo tibi ab ingenuo adoleſcēte* Chriſtophoro Marliano *ea oīa uerbis meis renūtiata,quæ a me.mane corā accepit.*Nihil *aūt aut temere,aut minus conſulto locutus ſum.* Ruſticor *enim, ut noſti iam diē ſextūdecimū,non ſolum incōmode,ſed in maxima rerum omniū penuria.* Quid *mihi poſtridie ſit agēdū, aut unde neceſſarijs rebus ſubueniēdū,non intelligo.* Quare *nō amicis ſolū,ſed mihi etiā ipſi iam moleſtiſſimus fieri incipio.* Itaq; *ſummopere te rogo,ut quæ tibi* Chriſtophorus *nomine meo expoſuit,hoc ipſo die oīno conficias,quo quid facturus ſim,intelligā.* Hodie *mihi philoſophica cœna futura eſt,eaq;* Diogenica. Poſtridie *uero ne cum arida quidē* Cerere *menſam mihi futuram uideo.* Vale. Ex *rure ſuburbano* Cremonæ.v.Calen.Octobres. M. *cccc. li.*

Franciſcus Philel.Manſueto Attendulo Abbati. S.

Gratias agit de tritico promiſſo.

R*Enunciauit mihi heſterno ueſperi uir optimus, amātiſſimusq; tui* Iacobus Camerinas,*inſtituiſſe te mihi dono dare tritici ſextarios decē.* Quæ *quidē res uix dici queat,quantā mihi uoluptatem*

tem attulerit,& id quidẽ non tam ipſo dono (quod ſane pulcherrimũ eſt) q̃ bonitate, ac liberalitate ingenij tui, qui nullo unq̃ ab me prouocatus officio, uolueris me tibi tam opportuno, tam benigno munere deuincire. Itaq; habeo tibi immortales gratias, tu autẽ tibi uelim perſuadeas, eum me eſſe futurũq; indies, qui in te amando ceſſurus ſim nemini. Triticum autẽ ipſum tum mihi præbendum curabis, cum in urbem uenero. Nam ruri quo pacto ſim uſurus, non ſatis intelligo, quan q̃ ne in urbe quidem fortaſſis eo mihi opus erit. Verum hac de re te breui faciam certiorem. Vale. Ex Cremonenſi ſuburbano rure. iiij. Calen. Octobres. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Nicodemo Trãchedino. S.

Officij neglecti ſubaccuſat amicum.

QVæ tibi in Ethruriã abeunti pro beniuolẽtia noſtra mandarã, nequaq̃ debes eſſe oblitus. Miratus autẽ ſum, ꝙ nihil poſtea reſpõderis, niſi tua fortaſſis in urbẽ Romã feſtinãtior profectio tibi fuerit impedimento, quo id Florentiæ cauſa mea gerere cõmode nõ potueris, quod tuis in cõmẽtarijs annotaſti. Hoc ſi ita eſt factũ, uelim in reditu ne prætermittas. Erit id mihi uehementiſſime gratum. Et ne tuas literas fruſtra ad me des, ego hoc tempore ago Cremonæ, acturusq; ſum fortaſſe, donec peſtilentia Mediolani deſierit deſæuire. Iacobũ Triulcum diſertiſſimum iureconſultum ualere plurimum opto, in primisq; Auriſpam meum, uirum optimum, & hominem doctiſſimum. Vale. Ex rure Cremonẽſi ſuburbano, pridie Calen. Octobres. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Bartholomæo Melio. S.

Domum ſibi cõduci petit q̃ ocyſſime.

QVoniam certo ſcio te uel rōne, uel tpe, ea animi ægritudine, quā nō mediocrē ex obitu dilectiſſimæ ſororis tuæ, et nobiliſſimi uiri cōceperas, magna ex parte liberatū, nō ſum ueritus uti officio tuo. Decreuerūt tui iſti publici magiſtratus nudiuſtertius, mihi iam licere urbē ingredi, atq; pro arbitrio meo incolere. Itaq; mihi ædes parādæ ſunt. Hāc in re tua mihi opa. opus eſt. Cupio mihi domū conduci in tp̄s ſemeſtre, & amplam, & cōmodā. Peto igitur abs te, ut hanc prouinciā tuorum alicui deferas, idq; q̄primū. Non enim te latet quāto cū incōmodo ruri ſum. Nunq̄ equidem didici ruſticari, qui uel philoſophari, uel aliq̄d liberalius agere ſemper cōſueuerim. Hoc erit mihi tā gratū, q̄ quod gratiſſimū. Vale. Ex Cremonenſi rure ſuburbano. Calen. Octobribus. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Michaeli Rocchæ Grāmatico. S.

Qualē domū cōduci uelit. Item Næ q̄d ſignificet.

DIligentiā tuam non ſolū probo, ſed etiā laudo. Facis enim & amice, et liberaliter. Domū mihi cōduci cupio; tum amplā, tum etiam pulchram. Quo in loco ſita ſit, nō multifacio, mō locus ſit honeſtus, ac Muſis (ut ita dicā) accōmodatus. Quod ſcire cupis, Ne græca dictio eſt, & diphthōgū recipit æ, quæ apud Græcos per αι ſcribitur, & niſi diuidatur, eodē ſono enūciatur, quo apud Latinos æ. diphthongus, quā dicimus. Nā ſi diphtongus apud Græcos eſſe deſierit, eodem modo profertur, quo apud nos ai diuiſa. Vnde Vergilius Græcos imitatus ait, Aulai in medio libabant pocula Bacchi pro aulæ. Ne igitur per æ diphthongum ſcripta ſignificat, certe, ita, & uehementer uel etiam nimis ſecundū quoſdam. Hac au-

tem

tem dictione ita utūtur Latini *poetæ,præſertim comici ,ut dica,ſymbolum,ſtrageti,& alijs atq; alijs uerbis pluribus.* Et *ut ueniam ad rem tuā,mihi conueniētiſſime dici uidetur apud* Terentiū,*næ pro uehementer,aut nimis,quanq́ nimietas a uehemētia nō admodū differt.*Cū *enim inqt,*Faciūt *næ intelligendo,ut nihil intelligant. quaſi q qui magis q̃ opus ſit aliquid,uel inquirunt,uel ſpeculantur, eorū numero ſunt habēdi qui nihil intelligunt.*Tu *ſi ſecus putas,utere iudicio tuo.*Ego *enim neminem mihi deum facere conſtitui.* Ita *etiā tibi, ſi ſapias, faciundum exiſtimo.* Vale.Ex *rure ſuburbano* Cremonæ.Calen.*Octobribus.* M. cccc. *li.*

Franciſcus Philel.Auguſtino Narinenſi. S.

Reuerſurum *ſe dicit* Papiam.

INſtitui *conſilium tuum ſequi.* Nam *q me commonueris fore noſtro* Principi *non ingratum,ſi relictis* Cremonenſibus Papiam *q̃primum cum uniuerſa familia conceſſero,puto nil temere te locutum.*Itaq; *in craſtinum diē hinc ſoluam.quod eo facio libētius,ne qua p me accedat uel utilitas,uel uoluptas ad tuos iſtos barbaros,quos* Deus Opti.Maxi. *radicitus perdat,idq; propediē.*Domum *autē quā pararunt ,ſibiipſi habeant, una cum peſtilentia atque ignorantia.*Vale. Ex *rure ſuburbano* Cremonæ.iiij.Non.Octob. M. cccc. *li.*

Franciſcus Philelphus Leodryſio Cribello. S.

Certior *fieri cupit de rebus ſuis domeſticis.*

AD *ſextum* Idus Octobres *ueni* Ticinum,*ubi continuus ſum futurus , donec* Mediolani *clementius cœlum ſpirauerit .* Audio *quas domi ad cuſtodiam reliqueram mulierculas , & matrem*

& filiam a uiuis exceſſiſſe. Nec de rebus meis domeſticis, poſteaq̃ deceſſi Mediolano, in hanc diẽ audiui quicq̃. Nec poſſum non dubitare, ne quid litigij per affines meos aduerſus me ſit tentatũ. Itaq; te rogo, ut omnia quæ mea intereſſe iudicaueris, q̃diligẽtiſſime poteris, & ad me confeſtim ſcribas. Vale. Ex Ticino, pridie Idus Octobres. M. cccc. li.

Frã. Phil. Scæuæ Corti, iurecõſulto et eq̃ti aurato. S.

Moneri quẽdam petit, ne ſibi moleſtus ſit.

AMbroſius gẽtilis Derthonẽſis, neceſſarius tuus, ut ipſe ait, multum mihi in rebus moleſtus eſt. Hunc igitur uelim moneas, ne ſit aduerſus me importunior. Nam mihi iam bilem mouet. Vale. Ex Ticino. v. Idus Nouembres. M. cccc. li.

Frã. Phil. Scæuæ Corti iurecõſulto & eq̃ti aurato. S.

Silentiũ ſuũ excuſat, & ſtatũ ſuũ narrat atq; propoſitum.

NOlim mireris, q; nullas ad te literas dederim, poſteaq̃ ueni Papiã, fui enim in hanc diem q̃ par eſſet occupatior, & priuatim, et publice. Et quanq̃ nihil etiã nunc ſum nactus ocij, uolui tamẽ intelligeres, quo in ſtatu ſunt res meæ. Ego ut ſcis, iccirco Mediolanũ liqui, quo me peſtilẽtiali ſtragi illi ſurriperẽ, incolumitatiq; ſeruarẽ. Itaq; apud Cremonẽſes me recepi. Sed cum apud illos nullũ eſſe neq; Muſis, neq; probitati locum re ipſa cognoſſem, uidiſſemq; nobilitati nihil omnino, ſed abiectæ ſortis hominibus omnia pro libidine licere, intra quartũ & uigeſimũ diẽ ex quo eo loci conceſſerã, inde ſolui ad Ticinẽſes. Cũq; Ticinũ petiturus inter remigandũ Remulco diuertiſſem, in portũ iſtum Placentinum, ſum abs te humaniſſime ſimul honorificentiſſimeq; exceptus, & muneratus.

ratus. Quæ res eo mihi iucũdior fuit, quo mora illa Cremo*nenſis moleſtior fuerat.* Ticinũ *aũt ubi adueni, omni ſollici-tudine ſum reliqua liberatus, p̃ter eam cuius cauſa me a* Me*diolanenſibus auocarã.* Nam *cum cætera hic me cõmoda plu rimũ delectant, urbis amœnitas, cõſuetudo ciuiũ, & quæ ad urbanã uitam attinẽt oĩa, tum ipſa diſciplinarũ, & bonarũ artiũ ſtudia, quibus omnibus* Cremona *eſt plane uacua. Sed unũ eſt, quod me animo trãquillo eſſe non ſinit. Peſtilentia enim* Ticinẽſes *laborant etiã hi non mediocriter. Quare qui* Mediolani *diutius cauere non audebã,* Ticini *idem metuam neceſſe eſt.* Neq; *quid conſilij capiã, ſcio.* Nam *quotidie naui gare, ac mutare ſolum, conſtantis hominis nequaq̃ ducitur. Præterea huiuſmodi homines non æquo animo ab his exci-piũtur, qui benignius cœlum incolentes, bonæ ualitudinis ra tionẽ habẽt. Itaq; hic agere inſtitui, donec ſolo* Mediolanenſi *ſeſe numẽ clementius p̃ſliterit.* Tenes *rem meã oẽm. Tu fac, ut ualeas, & me ama.* Ex Papia. x. Idus Nouẽb. M. cccc. li.

Fran. Phil. Petro Thomaſio *philoſopho, ac medico.* S.

R*eſponſum petit.*

QVod *nudiuſquartus alijs literis tibi ſignificaui,* Ticinum *conceſſi.* Nullus *enim opportunior lo cus potuit offerri* Mediolanẽſis *peſtilẽtiæ ſtra gem effugere cupienti.* Nã *nec licebat abire lon gius.* Te *igitur uehementer rogo, ut ad ea mihi reſpondeas, quæ ſepius in uniuerſum ſextilem ex meis literis accipere debuiſti. Id erit mihi gratiſſimum.* Vale. Ex Papia. xij. Ca-len. Decembres. M. cccc. li.

Franci. Philel. Ciccho Calabro Ducali Secretario. S.

Conqueritur ſibi promiſſa non ſeruari.

GRaue mihi, & permoleſtũ eſt, ea p̃mi neceſſitate, ut Principẽ noſtrũ linquere omnino cogar. Quid enim fruſtra tam inutiliter diutius tempus teram? Video me noſtro Principi eſſe chariſſimũ, nõ tam meis meritis, q̃ benignitate ſua. Quid enim mereri aliud ſtudeã, q̃ pro dilectione fidẽ pietatemq; referre? Ad Apollinis citharam Muſæ canũt. Qualis ſonus, talis etiã cantus. Nihil mihi eorũ omniũ obſeruatur, quæ uel gratiſſimus, uel munificẽtiſſimus Princeps iuſſit. Itaq; iam hinc incipio rebus meis cõſulere. Niſi breui cõſtituta pecunia rñderit, me aliorum Principum æri obſtringã, apud quos poſt anni curriculũ, cũ primũ uer aduenerit me recipiã. Sic enĩ ueluti ſpe promiſſioneq; deluſus, neq; Principis gloriæ ſtudeo, neq; meæ. Nam æger animus ſtudioſis in rebus immortalitatẽq; moliẽtibus, recte agere nihil queat. Tranquillum eſſe ingeniũ lætũq; oportet, ſi quid aut egregiũ, aut magni ex ſeſe uelit educere. Breui quid facto ſit opus, potes ĩtelligere. Vale. Ex Papia. v. Calen. Decembres. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Nicolao Varroni. S.

Excribi Plinium petit.

ET ſi ad quintũdecimum Calen. Decemb. ſcripſi ad te, quantum pro tempore opus fuerat, tamẽ quia ſum neſcius, acceperis ne, an minus acceperis literas meas, uolui rurſus eadẽ tecum agere. Plinium de naturali hiſtoria uehemẽter cupio. Audio hunc eſſe apud uos diligenter emẽdatum. Si iſtiuſmodi exemplaris facultas mihi futura ſit, idq; Ferrariæ curabo q̃primum excribi. Nec enim dubito ſtudioſum iſtic librarium inueniri, qui huiuſmodi ſit munere functurus. Itaq; tui uel officij,

uel humanitatis fuerit,ut me facias propediem certiorem, quid hac de re poſſim ſperare. Vale. Ex Papia,Idibus Decembribus. M.cccc.li.

Fran.Phil.Sceuæ Corti,*eq̄ti aurato,ac iurecõſulto.S.*

Accuſat quendam perfidiæ.

PRocurator tuus eorũ q̃ abiens iuſſeras,egit oĩno nihil.Quotidie nouã ſpem affert, quotidie uerba dat.Qui q̃m quã de te fidẽ mihi corã ſancteq; recepit,fallere ſæpius nõ dubitat,te amice moneo,ut uel a gerendis negocijs eorum auoces,uel ut ſe grauitate tua non indignum præſtet,q̃primum cures. Vale. Ex Ticino.xiiij. Calen.Ianuarias. M. cccc. li.

Franciſcus *Philel.*Nicolao Varroni. S.

Reſpondet de literis amici,eumq; laudat beniuolẽtiæ.

QVas ad quintum Idus Octobres ſuauiſſimas ad me literas dederas.xiiij. Calen. Ianuarias mihi redditæ ſunt Papiæ. Non enim me Cremonæ offendere potuerunt. Nã id loci multo ante idcirco reliqueram,quoniam nullum eſſet apud Cremonenſes Muſis hoſpitium,& ſum præterea cõmonefactus,me rem facturum meo Principi gratam,ſi Papiæ tãtiſper agere mallem,dum Mediolani peſtilentia fureret.Atque fuit tua mihi epiſtola periucunda,quippe quæ eum te oſtenderet,quẽ ſemper amiciſſimum eſſem expertus.Itaq; non poſſum non lætari,ꝙ te intelligã amori meo nulla ex parte cedere.Nec enim moleſte laturus ſim,ꝙ te amando ſuperatum iri nullo pacto patiaris.Vir plane philoſophus es,q̃ tãti uirtutẽ officiũq; facias,ut ea re nolis a uiro ẽt amiciſſimo ſuperari.At ipſe quoq; Nicolae,omnẽ ſim aduerſus te pugnam certamenue initurus

muneris pulcherrimi huius gratia. Eo *enim te magis amo, q̃ amer abs te, quo magis meritis tuis amãdus es.* Qđ *aũt polliceris operã tuã, ſi cui uel ornamẽto, uel uſui florentiſſimus Princeps tuus, uel potius noſter, mihi futurus ſit, nõ audio inuitus. Sed q̃m ipſe perpulchre noſti, q̃d mihi cõducturum ſit, uel ad dignitatẽ, uel ad rem nihil eſt quod te magis admonendum putem.* Vale, & *cõmuni Principi me cõmenda.* Ex Ticino. xiij. Calen. Ianuarias. M. cccc. li.

Fran. Phil. Ioãni Paleologo Marchioni mõtiſferati. S.

Gratias agit pro beneficijs.

AD *priſtinam meam erga te obſeruantiã tantum nunc cumulũ addidiſti uoluntaria tua, atq; alacri benignitate, ut in te obſeruãdo nemini iſtorum omniũ ſim ceſſurus, quos magis intimos & domeſticos habes in primiſq; charioris.* Nam *tametſi quicquid benefice in quẽpiã confertur, plurimi fieri oportet, illud tñ longe pluris mea ſentẽtia, qđ nullo uacat officio, & oĩs (ut ita dixerim) numeros complectitur. Dediſti tu quidẽ homini obſeruãtiſſimo tui nominis, & gloriæ, & id quidẽ tẽpeſtiue & libenter & large, præſtitiſtiq; ne hic diutius inutiliter tempus tererem.* Ac *nihil prorſus eſt abs te p̃termiſſum, quod meis emolumẽtis, uel honoribus conducturũ opinareris.* Itaq; *tibi gratias ago q̃ poſſum maximas.* Teq; *rogo, oroq;, ut nullã rem eſſe putes neq; paruam, neq; magnam, quã non ſim tua cauſa ſtrenue, diligẽter, fideliſſimeq; & conſtantiſſime obiturus.* Vale. Ex Ticino. vi. Calen. Ianuarias. M. cccc. li.

Franciſcus Phil. Blaſio Axereto equiti aurato. S.

Cõmendat quendam apud amicum.

QVæ nobis ſunt ea (ut noſti) nobilitata iampridem, & ab oībus decantata, lege amicitiæ cõia eſſe oportet. Quo fit, ut pati noluerim hũc iſtũ, a quo meas literas accepiſti, amicũ eſſe mihi ſoli, quin eſſet etiam tibi. Idq; ipſe quoq; uehemẽter optat. Et eſt profecto tanta humanitate, tãta uirtute uir, ut non modo reijciẽdus nõ ſit, ſed admittẽdus potius, & libẽter ſane, atq; honorifice admittẽdus. Reliqua enim ex eius pſentia conſuetudineq; cognoſces. Vale. Ex Papia, ſexto Calend. Ianuarias. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Iacobo Camerinati. S.
Iniuriam factam ſibi narrat.

QVotiens mecũ repeto Cremonenſem illam ruſticitatem, totiens riſu magis atq; magis moueor. Nam qua ſtulta ratione Cremonẽſes ducebãtur, ut quem tanto uidebantur opere deſyderare, eum ruri ueluti relegarẽt. Nonne tibi relegatus uidebar, cum illinc abire non liceret? At metu peſtilentiæ id egerũt, ne qui Mediolano ueneram, illiuſmodi morbi genus mecum afferrem. At longe magis Cremonæ, q̃ Mediolani peſtilentiali morbo laborabatur. Præterea q̃d deliquerat mea ſuppellex illa, & arca cum libris, ac pecunia, quã in Padi ripa furibus ac latronibus expoſitam eſſe uoluerunt, cum nemini baiulo poteſtatem darent ea in re ſubſeruiendi mihi? Itaque abeant in rem malam Cremonenſes tui, & tu item cum iſtis, ſi dignos putas, quibus ignoſcam. Vale. Ex Papia. vi. Calen. Ianuarias. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.
Accuſat amicum obliuionis.

VIdeo te tādiu meminiſſe Philelphi tui, dum præſens es, & coram quē diligis, intueris. At ſi plane quid amicitiæ munus poſtulet, teneres etiam cum abes, me tecum eſſe, & pernoctare, & colloqui cenſeres; id quod minus apud te fieri eo magis miror, ꝙ ego te ſemper uidere uideor & complecti & oſculari. Vale. Ex Papia, pridie Calen. Ianua. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.

Officium laudat amici.

ET ſi arbitror ex Colūbano te factū iri certiorē, ꝙ mihi moleſtū ſimul incōmodūq; fuerit, ꝙ meæ illæ pecuniolæ tardius ad me ierint, te tn̄ ea de re cōmonendū putaui, ut intelligas etiā meis literis nihil te potuiſſe hoc tpe mihi gratius facere, q̄ ꝙ admodū tēpeſtiue & iucundiſſima ſimul epiſtola, & diſſolutione alieni æris adſueris. Itaq; habeo tibi gratias, ꝙ nō ſis paſſus diutius mihi incōmodari uel cū aliquo labore tuo. Ficoſum autē illum dij deæq; oēs perdant, qui auaritiæ ſuæ ſorditatiſq; maluerit, q̄ uel amicitiæ, uel officij meminiſſe. Vale. Ex Mediolano, pridie Calen. Ianuarias. M. cccc. li.

Franciſcus Philel. Materniano Braſchæ. S.

Officium petit amici.

QVod hortatus es, fecimus. Puto omnia nobis ſecunda fore, ſi rem capeſſere uolueris ea diligētia, qua ſemper conſueſti. Id quod ut facias, te plurimum rogo. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris pridie Calen. Ianuarias. M. cccc. li.

Fran. Phil. Nicolao Frægoſo Genuenſium præfecto.

Opem filio petit redituro.

EXiſtimo propediẽ fore, ut filius meus dilectiſſimus Ioannes Marius Mediolanum rediturus, faciat iſtuc iter, quem & ſi certo ſcio abs te omnia mea cauſa exoraturum, tamen uolui intelligeres, nihil te mihi gratius facere poſſe, q̃ ſi dederis operã, ut & tuto, & q̃facillime, & q̃primum ad nos eat. Vale. Ex Mediolano, Idibus Ianuarijs. M. cccc. lij.

Franciſcus Phil. Nicolao Varroni. S.

Certior fieri de ſtatu amici petit.

IAm diu nihil de te audio. Itaq; non poſſum non timere, ne q̃d tibi quod nolim acciderit. Quare ſi me amas, leua me hac omni ſollicitudine. Hoc mihi uix facere gratius hoc tẽpore quicquã potes. Vale. Ex Mediolano. x. Calen. Februarias. M. cccc. lij.

Franciſcus Philel. Petro Perleoni. S.

Commendat amicum amico.

LAurentiũ noſtrũ uelim cã mea diligas, eiq; q̃buſcũq; rebus poteris faueas, nõ uerbo ſolũ, ſed multo etiã magis opa, hoc erit mihi admodũ gratum. Vale. Ex Mediolano. xi. Calen. Februarias. M. cccc. lij.

Franciſcus Philel. Ioanni Auriſpæ. S.

Commendatiua epiſtola.

AEque mihi amicus eſt, qui tibi meas reddidit literas, atq; tibi qui eas ſcripſit. Itaq; hunc etiam mea cauſa in amicitiã uolo admittas, & quibus erit opus ſtudijs omnibus proſequaris. Vale. Ex Mediolano. xi. Calen. Februarias. M. cccc. lij.

Franciſcus Philelphus, Baldaſſari Riſino. S.

Cõmodari exemplar petit, ut excribatur.

ACcurſius Piſanus cognomẽto Bonus, cũ eſſet ab me rogatus, ut duodecim illas Plauti comœdias, quæ proximis annis ſunt in Italiam aduectæ e Germania, mihi excriberet, earũq; exẽplar a te peteret, rñdit partim perhumaniter, partim diffidẽter, quippe qui diceret ſe mihi perlibẽter gratificaturũ, ſed te nemini eiuſdẽ exemplum crediturum. Itaq; facito, ſi me amas, ut quod de te Bonus Accurſius dubitarit, mendaciũ dixiſſe uideatur. Sic enim etiam intelligemus q̃ ipſe de ſeſe uerus eſſe uelit. Vale cum tuberibus tuis. Ex Mediolano.xi.Calen.Februa. M. cccc. lij.

Franciſcus Philel. Matthiæ Triuiano. S.

Iuuari ſe petit literis alterius.

SI me amas ſicuti certe facis, uelim q̃primũ adeas Cicchũ noſtrũ eũq; roges meo noĩe, ut literas talis det ad hos ducales rei pecuniariæ magiſtros, qualis maxime oportet. Nã hi ut ſunt hoĩes ſtrenui, nũmos ſemper cudũt, excudunt aũt nunq̃. Malumbriana uero grauitas ne tãdiu ſit grauis, cupio. Nam comitem Lodouicũ ſcio eſſe mei permemorem, ſed puellaris ludicri multo magis, cui profecto ſi pedibus caueret, lõge minorẽ operã impẽderet. Vale. Ex Mediola.xi. Calẽ. Februa. M. cccc. lij.

Fran. Phil. Lodouico Gonzagæ, Principi Mãtuano. S.

Conqueritur de tarditate officij.

PRoximis diebus literas ad te dedi, quibus intelligere haud obſcure potuiſti, q̃ mihi rem gratã, eandemq; admodum neceſſariã facturus eſſes, ſi q̃primum ad id quod petierã, te humanũ (ut ſoles ſemper) benignũq; præſtitiſſes. Nunc aũt quod ſcriberẽ,

noui nihil acciderat; niſi ut te rogarē, orarem, obſecrarem, id pro animi tui magnitudine efficeres, ne me cūctando ambiguū ex certo redderes. Nā *& ſi tua erga me dilectione mihi certius eſſe uix quicq̄ poteſt, uereor tñ ne qñq; dilectio cum difficultate certamē ineat. Sed quo bonū difficilius eſt, eo charius & laudabilius duci ſolet.* Itaq; *ſi difficultatē iſtā (ſi qua tādem non tuo, ſed fortunæ uitio apud te eſt) beneficentia, atque induſtria ſuperabis, nihil apud me glorioſius, nihilq; magis obſeruandum, colendum, prædicandum te munificentiſſimo* Principe *futurum eſt.* Vale. Ex Mediolano. xi. *Calen.* Februarias. M. cccc. lij.

Franciſcus Philel. Lodouico Caſellæ. S.

Gratias agit ei qui filium ſuum bene tractauit.

N*Arrauit mihi Marius filius, quanta ſe mō humanitate* Ferrariæ *exceperis, utq; nihil pētermiſeris, quod ſibi cōductur ū exiſtimaſſes.* Habeo tibi *gratias, q in omnibus beniuolētiſſimū tuū erga me animum aſſidue declares.* Vellē *aliquam mihi occaſionē offerri, q̄ tua cum dignitate & cōmodo meū in te amorē liquido cognoſceres.* Intelligeres *profecto neminē eſſe, cui charior ſis q̄ mihi. Quā quidē rem qm̄ ubi perſpicuam eſſe arbitror, reliquū eſt, ut me diligere, amareq; pſeueres.* Id *autem cumulatiſſime te præſtitiſſe indicabo, cum operā dederis, ne fruſtra ad tuum præſtantiſſimum, & ingenti aīo* Principē *ſcripſiſſe uidear.* Vale. Ex Mediol. xi. Cal. Feb. M. cccc. lij.

Franci. Philel. Angelo Actiolo equiti aurato. S.

Hortatur amicū, ut non obliuiſcatur cōmiſſorū.

ET *quid ego cum hinc eſſes abiturus, abs te petierim, & q̄ mihi perlibēter ipſe corā receperis te facturum*

quod petieram, tum ego memoriter memini, tum ipſe oblitus eſſe nõ debes. Nã qui unus omniũ officioſiſſimus eſſe in amicos ſoles, qui fieri queat, ut mei nõ memineris, quẽ ſciam tibi eſſe chariſſimũ? Quã quidẽ meam de te opinionẽ ut re pñti confirmes, tui eſt uel officij, uel humanitatis. Mihi certe rem feceris adeo gratam, ut aliud hoc tẽpore gratius nihil poſſis. Vale. Ex Mediolano. x. Calen. Februarias. M. cccc. lij.

Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Librum petit, ut ſuum emendet.

FAcito, q̃primum adeas meo nomine Cardinalem Nicenum Beſſarionem, atque ab eo petas, mihi ut cõmodet in menſem unum, Sextũ Empericum ex Peripatetica diſciplina philoſophum & acutum, & eruditum. Nam is etiam mihi eſt, ſed pluribus in locis (ut ita loquar) feneſtratus. Itaq; ex eius codice, ſi melior fuerit, cupio meum emendare. Sin fortaſſe deterior, ſuus emendatior redibit ad dominũ. Quod ſi ſuũ codicem peregrinari fortaſſe noluerit, meum iſtuc, ſi ita maluerit, prope diem mittam, modo ipſe huiuſmodi emendandi prouinciam cuipiam delegauerit. Vale. Ex Mediolano. x. Calen. Februarias. M. cccc. lij.

Franciſcus Philelphus Xenophonti filio. S.

Hortatur filium, ut præſuli obſequatur.

QVod Turci Conſtantinopolim p̃munt obſidione, fero permoleſte. Reliqua uero quæ ſcripſiſti, me omnia delectarũt, in primisq; q̨ præſuli tuo charus iucũdusq; ſis. Incũbe fili mi, & te ad iſtius innocentiſſimi, & ſapiẽtiſſimi uiri continentiſſimos, modeſtiſſimosq; mores effinge, atq; compone. Hac una re nec

mihi facere gratius quicquam potes,nec tibi laudabilius. Vale.Ex Mediolano.x. Calen.Sextiles. M. cccc. lij.

Franciſcus Philelphus Xenophonti filio. S.

Hortatur filium de libris inquirendis.

AD decimum Calē.Sextiles ſimul cum meis literis ad Pontificē Mantuanum,ſcripſi etiam tibi,quãtum per id tēporis tua intereſſe,noſtraq; uidebatur.Nunc autē quod uolo, paucis accipe.Diodori Siculi,qui uniuerſam hiſtoriam non Græcam & Latinam ſolum ,ſed etiã barbaram græce ſcripſit,mihi ſunt ab initio ſui operis libri quinque. Audio ĩ Italia his plures eſſes,quos Chriſtophorus Garattonus Choronenſis epiſcopus; qui a Turcis modo occiſus eſt, aduexit ex Græcia.Volo rem diligentiſſime odoreris,an hi Romæ reperiãtur.quod ſi ita ſit ,fac me q̃primum certiorem,an iſtic librarius græcus ſit ullus,qui id operis excribēdum aſſumeret. Tu interim operam dabis,ne te Muſæ deſtituant,quod facile conſequeris ,ſi literariæ malueris q̃ pecuniariæ rei habere rationē.Vale.Ex Mediolano,pridie Calend.Sextiles. M. cccc. lij.

Franciſcus Philel.Xenophonti filio. S.

Arguit filiũ,q; iuſſa non perfecerit.

QVod pridie Calē.Auguſtas cũ ad te literas dedi, ſcribere ſum oblitus eſt mihi nuper renũciatum,quod carmē ad Baptiſtam Albertum anno ſuperiore ex Cremona ſcripſerã,id ei redditũ nõ fuiſſe.quod uerũ an falſum ſit,neſcio.Tu qui Romæ nũc agis,poteris intelligere q̃d in re ſit.Ego carmē ipſum dedi ad te,ut ſi minus ſit redditũ,q̃primũ iſti reddēdũ cures.Ad

hæc me uelim facias certiorẽ, quod de Diodoro Siculo iuſſeram, Præterea ſi q̃d de re Cõſtantinopolitana eſt auditum, quidq; iſtic Patriarches aut egerit, aut acturus apud Pontificem maximum ſperatur. Tu ne tibi deſis, q̃diligentiſſime prouideto, hoc eſt, ne Muſarum hoſpitium aſperneris. Vale. Ex Mediolano. v. Idus Sextiles. M. cccc. lij.

Franciſcus Philel. Baptiſtæ Alberto. S.

Donat amicum carmine quodam.

DEderam ad te anno ſuperiori Calẽ. Octobribus ex Cremona carmen, nõ tam uoluptatis capiundæ, q̃ ueluti renouãdæ ueteris amicitiæ gratia. Sed id cum tibi non eſſe redditũ accepiſſem, icirco iterũ dandum iudicaui, ut & tibi amicus meus fieret exploratior, & ipſe ne fruſtra quicq̃ uel lucubraſſe, uel luſiſſe poſſem exiſtimari. Nam æque uerſu, ut noſti, atq; proſa delectari cõſueui. Nec alienũ cenſeo ab officio meo ut quoſcũq; honeſtus mihi amor cõiunxerit, eoſdem honeſtus quoq; memoriæ labor monimẽtis literarũ mecum perpetuo conſeruet. Quare cum abſoluto iam uerſibus decẽ millibus ſatyrarũ opere, me ad Lyricos modulos retuliſſem, in primis etiã tu, qui ab omni ſatyra tanq̃ abhorrueras, occurriſti, quẽ inter familiariſſimorum cõmemorationẽ nulla obliuio abſolue rit. Itaq; id carminis iterum ad te dedi. Tu uelim tuum des ad me Momum, quem audio, ſi adhuc eum abſolueris. Vale. Ex Mediolano. v. Idus Auguſt. M. cccc. lij.

Franci. Philel. Frãciſco ſcalamonti equiti aurato. S.

Memorẽ ſe dicit amici. Accuſat ſilentiũ amici.

VErerer profecto, ne tu me uel obliuionis, uel negligentiæ accuſares, q; iam tot annos nullas ad te literas dederim.

derim. Sed eo te puto in me eſſe æquiorē, ꝙ iampridē cognoris eo me eſſe ingenio, ut neq; hominē amiciſſimum obliuiſci queam, nec ullam propemodū uirtutē offerri patiar, qua magis delecter, q̄ diligentia, & officio. Dedi ad te literas bis, & iterum, poſteaq̄ tu nihil rñderas. Dediq; ad te libros de exilio, qui ubi poſt nō parum tpis ad me reuertiſſent, renunciarunt nequaq̄ te offendiſſe, quippe qui abeſſes Anconæ in Dalmatia. *Miratus autem ſum, ubi rediſſi Ancona, nihil omnino ſcripſiſſe mihi. Itaq; tibi cauēdum eſt, ne aut negligentiæ accuſeris, aut obliuionis. Cæterū danda eſt opa, ut qđ tēpus intercepit, reficiat diligentia, hoc eſt, ut q̄ ſæpiſſime ad me ſcribas, id qđ me tecū obſeruaturum bona fide polliceor.* Vale. Ex Mediolano, Nonis Septembribus. M. cccc. lij.

Franciſcus Philel. Petro Perleoni. S.

Quanti liber emi poſſit, dicit.

F*Amiliares Ciceronis epiſtolas quas petebas, uenalis īuenimus. Eas ſi habere cupis, ducatos decē mittas oportet. Id enim precij oīno ſe uelle dicit librarius Melchior. Nec alius huiuſmodi codex apud aliū quenq̄ uenalis reperitur. Codex uero hic epiſtolarum, & pulcher eſt, & nouus, & ſatis emēdate ſcriptus. Rem paucis tenes. Tu quod fieri uelis, ſignificato literis.* Vale. Ex Mediolano. vi. Idus Septembres. M. cccc. lij.

Frā. Phil. Andreæ Alamāno priori populi Florētini. S.

Gratulatur amico dignitatem aſſecuto, cui & munere dat libros.

G*Ratulor tuæ pñti expectatæq; dignitati. Nunq̄ enim ſum ueritus, te ante diē (ut ita dixerim) ad iſtum honoris gradū peruenturum. Nam ut*

ita crederẽ,tua uirtus,ſingulariſq; prudentia mihi ꝑſuaſe rat.Nõ enim cum his ſentio,qui prudentiã iuuẽtuti ſubtra hunt,quaſi peculiari quodã iure ea ſenectuti ſit danda. Sed neq; indoctus ſenex habendus ſit prudens,neq; doctus adole ſcẽs imprudens.Nã multo plura rerum humanarum exẽpla, atq; documẽta tradere nobis queat lectio diligens,& multi plex eruditio,q̃ longiſſima etiã hoĩs unius annoſitas.Quare cum & ingenio te acerrimo eſſe perſpicerem, & diligentia ſingulari,tanta præterea doctrina,quãta æqualium tuorum neminem,facile intelligebam propediem fore, ut in altiſſi mum dignitatis gradum tua te reſpub.tolleret. Quod igitur prudentia,authoritateq; apud tuos florẽtiſſimos ciues æque uales atq; eloquentia & diſciplina,non poſſum tibi non ad modum gratulari.Deus fortunet tuos cogitatus, efficiatq;, ut ingentibus tuis, præclariſq; uirtutibus hominum exiſti matio,gratitudoq; reſpondeat.Ego autem ne meæ literæ om nino uacuæ ad te irent, has duobus munuſculis ſum comita tus, quorum ſi te primis floribus delectatum uidero, mox quoq; maturi fructus conſecuturi ſunt. Vale. Ex Mediola no,quinto Calen.Octobres. M. cccc. lij.

Franciſcus Philel.Nicolao Varroni. S.

Officium petit.

G Viniforto Bergomẽſi diſertiſſimo iurecõſulto *literas ad te dedi Nonis Septembribus, quibus non obſcure debes intellexiſſe, quibus in rebus tua mihi & opera,& ope eſt uehemẽter opus. Quare maiorẽ in modũ abs te peto,contẽdoq;,ſi quid es un q̃ mihi gratificaturus,quod omnium maximi ſim facturus,effi ce,ne uidear fruſtra tuum officium poſtulaſſe.Vale.* Ex Me diolano,

diolano,pridie Calen.Octobres.M.cccc.lij.

Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Rñſum a filio petit,& ut ſua ſcripta mittat amicis legẽda.

POſt eas literas quas menſe Iunio dediſti ad me, cũ primũ a Philippicis balneis Romã rediiſſes, alias abs te nullas accepi, cum pleræq; interim meæ ad te ierint.Idq; non poſſum non mirari. Veritusq; ſum,ne qd tibi,qđ nolim,ex iſta æſtiuĩ aeris intẽperie acciderit.Nõ enim adeo eſt iter interclusum,ut nemo omnium iſtuc ad nos ueniat.Quare fac,ſi potes,ut me q̃pri mũ leues hac animi ſollicitudine,ad eaq; ſingillatim rñdeas, quæq; nõ unis literis tibi ſcripſerã.Et qm̃ ſignificaſti nõnullos eſſe Romæ,q cuperẽt horũ aliqd legere,q̃ ab me in præſentia ſcribuntur duorum operum ueluti frontiſpitia,tum Sphortiados,tum de uita & rebus geſtis Franciſci Sphortiæ cum hiſce literis ad te dedi.Tu fac,ut quicquid ocij naſtus fueris,conſumas in literis atq; diſciplina. Nos hic omnes ualemus recte.Veniſſem Romam, ſi facultas a Principe facta eſſet.Vale.Ex Mediolano.vij.Idus Octob.M.cccc.lij.

Franciſcus Philel. Bartholomæo Meltio. S.

De literis reddendis officiũ petit amici.

MIhi pater tuus, uir optimus,& mei amantiſſimus hoc die renũciauit cum iam literas ad Xenophonta filiũ obſignarã,te ſibi ſcripſiſſe,Mantuanum Pontificẽ abeſſe ab urbe,& cum eo Xenophonta quoq;,quare quas meas fidei tuæ literas commiſeram,eas te reddere nequiuiſſe,eſſeq; apud te.Feciſti tu quidem recte,q bona fide literas apud te ueluti depoſitas,tueri malueris,q̃ uento commendare.Itaque cum his tuis alias

quoꝗ ad filium ab me datas, tamdiu eſſe apud te uolo, quoad ille Romã reuerterit. Qui ſi diutius diſtulerit reditũ ſuũ, & priores, & poſteriores literas ſoluas, uolo & quæ arcana ſunt, ea ne efferas, in reliquis uero uicem filij geras. Vale. Ex Mediolano. vij. Idus Octobres. M. cccc. lij.

Franciſcus Philel. Iacobo Camerinati. S.

Gratias agit, ꝙ amicus ſibi morẽ geſſit.

ET ſi tuum munuſculũ mihi fuerat pergratum, quippe ꝙ ab amiciſſimo erga me aio factũ intelligebã, multo tñ & gratius fuit, & optatius, ꝙ ſecũdis literis tuis me feciſti certiorem, epiſtolas quibus nõ æquo animo carebã, inſperato tibi repertas eẽ. Nam earum amiſſio eo mihi erat moleſtior, qm̃ nullo altero abundabã exẽplo. Tantas igitur habeo tibi gratias, ut maiores habere hoc tẽpe nullas queã. Teqꝫ etiã atqꝫ etiam rogo, ut iſtas ad me fido alicui nuncio ꝗprimum des. Quod ſi alius nemo prius oblatus fuerit, eas aut Antonio Trecho uiro humaniſſimo, ab quo ad Matthæum Piſaurenſem mei amantiſſimum mittãtur, aut uiro inclyto Raynaldo Fulginati confeſtim tradas uelim. Vale, & ſi quã in re mea tibi opera opus eſt, me utere arbitratu tuo. Ex Mediolano. vij. Idus Octobres. M. cccc. lij.

Franciſcus Philel. Ænico Dauolo, equiti aurato. S.

Ægre fert cunctationem ſuam, & de ſatyris ſuis ſcribit, & laudat librũ ſatyrarum.

DEus malefaciat huic protellæ calamitatiqꝫ bellorũ, quibus meũ ad te iter intercluditur, nec uti licet profectione libera. Vix dici queat mi Dauole, ꝗ moleſte tulerim, ac ferã iam annis quatuor cunctationem

meam

meam eũdi ad uos, cum multarũ rerum, tum ſatyrarũ cauſa, quippe qui uehemẽter doleam tot in eo opere lucubrationes mihi fruſtra ſuſceptas. Sed utcũq; res habet, eundũ eſt tandem, id quod ad Martiũ eſt reiectũ. Satyrarũ codex, qui decadas decem denis ſatyris ſingillatim diſtributas aduerſus decem milia complectitur, eſt pulcherrimus, cum literarũ notis, tum minijs & operculis, qui ſi minus intus, ſaltẽ in cute te non poterit non delectare, quanquam puto non mente minus q̃ oratione lætabere. Vale. Ex Mediola. iiij. Idus Octobres. M. cccc. lij.

Franciſcus Philel. Nicolao Arcimboldo. S.

Certiorem facit amicum de rebus ſuis.

QVarto Idus Nouẽbres ad Caluiſianũ ueni in caſtra Sportiana, ubi ſum ꝑhumaniter & honorifice exceptus a Principe. Nec dubito me oĩa ex ſnĩa noſtra confecturũ. Id factũ cũ fuerit, te reddam q̃primum certiorẽ. Vale. Ex caſtris ducalibus apud Caluiſianum, pridie Idus Nouembres. M. cccc. lij.

Franciſcus Philel. Matthæo Piſaurenſi. S.

Succeſſus ſuos narrat, & officium petit in familiã ſuã.

CVm oĩa a munificẽtiſſimo Principe noſtro aſſecutus quæ uolui quod eo mihi eſt iucũdius, quo me uideo maxima ex parte liberatum faſtidioſi iſtius Longi moroſitate, atque ineptitudine. Tibi autem plurimum debere fateor, ꝙ mihi & re ſæpe, & uerbo ſemper ſatisfeciſti. Reliquum eſt, ut ſi q̃ pecuniola meæ familiæ ante meum reditũ opus fuerit, iſti ne deſis. Et quicquid dederis adde ratiũculæ noſtræ. Vale. Ex Gãmara, Nonis Decembribus. M. cccc. lij.

Franciſcus Philel. Xonophonti filio. 5.

Arguit filium fugitiuũ, & de ſacerdotio conſilium dat, & inconſtantiæ filium arguit.

ACcepi binas literas tuas eodẽ die, cũ primum ex caſtris ducalibus Mediolanũ. vij. Cal. Ianua. reuertiſſem. Harũ tu alteras ad me dederas. x. Cal. Decẽbres, alteras uero. vi. Idus. Intellexi quæ ſcripſiſti oĩa. Et quãtũ uidere uideor, peregrinationis iſtius tuæ ſatietas iam te cœpit. Qđ ſi ante ambitionẽ tuã Ciceronẽ in officijs audire uoluiſſes, aut non abijſſes, ꝑſertim clam patre, aut tã ſubito domũ nõ repeteres, cũ nondũ in delibe rãdo neq; tꝑis, nec etiam diligẽtiæ ſatis adhibere potueris. Nihil tibi erat in cauſa, quãobrẽ in Romanã curiam te reci peres: quippe qui domi haberes, unde & melior quotidie & doctior fieres. Quod ſi prudẽtiæ potius q̃ ſapientiæ ſtudio ducebaris, hoc eſt pecunia magis q̃ uirtute, atq; diſciplina, licebat tibi apud munificentiſſimũ noſtrum Principẽ pecunioſiſſimũ breui effici, ubi malles negocio q̃ ocio te offerre. At fuerunt qui te induxerint. Itaq; ignoſcendũ eſt adoleſcẽtiæ tuæ. Poſthac conſules tibi fortaſſe melius. In p̃ntia, ut ſcribis cupis initiari. Si religionis amor id monet, nõ impro bo, modo etiã atq; etiã cogites, quid tibi ſtatuendũ ſit, quid ſequendũ, quã incedendã uiam. Nã ſi putas te in eccleſia fo re clarũ ſine his artibus, quæ apud ſacerdotes habentur in ꝑcip, uehemẽter erras. Nã cũ alia ꝑmulta diſcẽda ſunt, tum ius pontificiũ in primis, omniſq; diuinæ rõnis cognitio tenẽda, quæ theologia dicitur. Sin iccirco huiuſmodi deſyderiũ te corripuit, ut ſine labore uitã iucundã ducas, q̃ tuum ſim inſtitutũ probaturus, potes facile ex meis moribus coniecta

re. Quare ſi me audis, primũ omniũ teipſum collige, tecũ ha bita. Meditare iterũ atq; iterũ, quã uitã uiuere decreueris. Seu tu ſecularem quam uocant, elegeris, ſiue eccleſiaſticam, utrã malueris, probo, modo ſit cum laude. Quod ſi omnino ad nos fortaſſe redire inſtitueris, tibi ædes paternæ nunq̃ occludentur. Vale. Ex Mediolano, Nonis Ianuarijs.

Franciſcus Philel. Iacobo Camerinati. S.

Ad amicum de negocijs illius excuſat amicos, & iubet amicum bene ſperare.

Nolim tibi perſuadeas tua ab me negligi, q̃ minus q̃primũ tibi ſignificarim, quid mihi Ciccchus Angelusq; mihi rñderint. Hi quod petis, diligenter curant, putant omnino propediẽ ex ſententia tibi cõſultũ iri. Confeciſſentq; q̃d tua cauſa cœperãt, niſi occupationes Principis, quæ ſunt fere immenſæ, ob plures p̃claras legationes, quæ uno pene t̃pe cõuenerunt, aditũ his tantiſp̃er intercluſiſſent, dũ his liberetur harũ p̃ñtia ac ſollicitudine. Differri tñ res tua diu non põt. A me nullũ erga te officium aut ſtudium negligetur. Tu interim eſto bono animo. Nõ enim quantum intelligo, te tua fallet ſpes. Vale. Ex Mediolano. x. Calẽ. Februarias. M. cccc. liij.

Franciſcus Philelphus Renato Regi. S.

Accuſat tabellariorum incuriam.

Ternas literas ad te dedi anno ſup̃iore his de rebus, q̃ tua maxime intererãt. Itaq; nõ poterã non mirari, q̃ nihil rñderes, p̃ſertim cũ te humaniſſimũ facillimũq; eſſe iampridẽ uno oĩum æquo cõſenſu, ſermoneq; audierã. Sed Ioãnes Coſſa uir clariſſimus, idẽq; grauiſſimus, q̃ mõ et tuus, et Chriſtianiſſimi Frãcorũ

regis legatus in Italiā uenit, liberauit me omni dubitatione, quippe qui corā affirmarit nullas tibi omnino redditas eſſe literas meas. Deus malefaciat hominum uel negligentiæ, uel perfidiæ, qui & me honeſtiſſimo officio, & te nō mediocri, ut opinor, uel utilitate, uel uoluptate fraudarint. Quibus literas ad te dedi, Franci fuerunt oēs, quorū uni Malurticæ cognomentum eſt, homini bellicis artibus ſtudēti, & tui (ut aiebat) obſeruātiſſimo. Sed qm̄ quæ ſcripſeram, non accepiſti, ea in pñtia tibi coram exponet idem Ioānes Coſſa, cuius fides & diligentia tibi ſole clarior eſſe debet. Vale. Ex Mediolano. vi. Calen. Februarias. M. cccc. liij.

Fran. Phil. Guilielmo Vrſino Franciæ Cācellario. S.

Excuſat ſe, ꝙ morem non geſſerit amico.

CVm uir clariſſimus Ioannes Coſſa, regius legatus a Florētinis rediturus in Franciā Mediolano iter faceret, a me petijt tuo nomine libros de exilio, quos ſuperioribus annis elucubrarā. Hos ego ad te ideo in pñtia dare non potui, quoniā non eſſet tantū tēporis datū, ut excribi poſſent. Itaq; non potui non ferre permoleſte, ꝙ tibi tanto & tanta dignitate uiro, minus ſtatim gratificari quiuerim, p̄ſertim ea in re, quæ mihi non minus iucūda eſſet, q̄ futura honorifica. Nam & te iampridē cum ob florentiſſimi tui generis ſplēdorem, tum ob illuſtrē eruditionē tuam, ſingularēq; ſapientiam mirifica beniuolentia obſeruo, & ignarus certe non ſum, quātum ſit meo nomini, ac laudi tua authoritas incremētū allatura, ubi ſcripta mea tuo grauiſſimo teſtimonio confirmaris. Nec enim debeo dubitare mea tibi uoluptati fore, qui & humaniſſimus ſis, liberaliſſimaq; natura, & a me tātopere diliga-

ris, ut nihil ad amoris cumulũ poſſit accedere. Dabo autem *operã, ut propediẽ morẽ geram uoluntati tuæ.* Nam tum *libros de exilio quos petis, tum alia pleraq́, atq; ex his, quæ a meo ingenio ſtudioq́ manarũt, curabo excribi, ea plane, quę cũq; futura tibi iucundiora exiſtimabo.* Vale. Ex Mediolano. vi. Calen. Februarias. M. cccc. liij.

Franciſcus Philel. Iacobo Bicheto. S.

Mendacij quendam arguit, & librum repetit.

N*Iſi iampridẽ te plurimum diligerem, ſtomacharer fortaſſe, cum uideam codicẽ meum eſſe apud te tãdiu uel inuitũ.* Nam *ꝙ dixeris puero meo, eum tibi non eſſe; haud intelligo quæ ſit animi tui ſententia.* Non enim *puto id dicere te, ꝙ meum codicem nequãq̃ habueris.* Nam *& habuiſti, & eum alijs cõmodaſti.* Quod *ſi illũ fortaſſis amiſeris, tibi amiſſum uolo, non mihi, quanquã opinor amiſſum tibi eum non eſſe.* Itaq; *rogo te, ut huic meo puero meum illum codicem ad me des, ne me cogas aliunde remediũ poſcere.* Vale. Mediolani *ex ædibus noſtris iij.* Nonas Februarias. M. cccc. liij.

Franciſcus Philel. Iacobo Bicheto. S.

Libros ſibi reſtituẽdos ſerio curat.

Q*Vantũ uidere uideor, ita negocioſus es, ut nihil tibi ocij relinquatur ad inquirẽdum inter infinitã librorũ tuorũ copiã, codicẽ illum meum, quo duæ orationes Lyſiæ a nobis traductæ; altera funebris de laudibus Athenienſium, altera iudicialis contra* Eratoſthenẽ *adulterũ, & Ariſtotelis* Rhetorica *ad* Alexandrum *regẽ, noſtra itẽ traductio cõtinentur.* Nõ *enim adduci poſſum, ut credã aut te alieni mutui oblitum, aut quod offi-*

cij tui fidei'ꝗ ſit nolle p̄ſtare. Nā codicē illum tibi cōmodaui tēpore illius optimi Philippi ducis, quē tu ea lege petijſti, ut excribi curares, nō ut nunq̄ reſtitueres. At qui repetiui abs te illum per id tēporis interdū, cum diceres nondū excriptū eſſe, cū tn̄ audirē ſecus eſſe. Tuā cunctationē iccirco ferebā patienter, qm̄ putarē quæ eſſent excripta, ea fortaſſe nondū eſſe abs te ſatis emēdata. At nunc quia præteriere iam anni complures, nihil alienum ab amicitiæ iure me facturū exiſti maui, aut exiſtimo, ſi te fecero certiorē, me omnino inſtituiſſe mea mihi q̄primū uēdicare. Vale. Ex ædibus noſtris Mediolani. iij. Nonas Februarias. M. cccc. liij.

Fran. Phil. Guilielmo Vrſino Franciæ Cācellario. S.

Donat amicum libris ſuis.

DEderā alteras ad te literas. vi. Calē. Februa. quo ipſe die Ioānes Coſſa, uir oī laude ornatus, hinc in Frāciam profecturus putabatur. Sed cum poſtea retardatus a meo Principe dies aliquot p̄ter ſpem Mediolani ageret, reuertit ad me codex qdā meus, qui annos nonnullos peregre abſuerat. Huius ego reditū uel tua cā ꝑhumaniter, & libēter excepi, q̄q̄ tam diuturnæ eius abſentiæ nō mediocriter ſuccēſueram, quippe qui me inuito abfuiſſet. Verū ea lege is reuerſus apud me in gratiā redijt, ut cōfeſtim Alpes trāſcenderet, & te uiſurus, & Franciam, atꝗ iſtā quidē ut hoſpes, te uero ut perpetuū dn̄m. Itaꝗ dono a me accipe tria nō uulgaria aut contēnenda opera, Lyſiæ oratoris duo, hoc eſt orationes duas, alterā funebrem de laudibus Athenienſiū, iudicialē alterā aduerſus Eratoſthenem adulterū. Tertiū autem opus eſt Rhetorica Ariſtotelis philoſophi eloquētiſſimi ad Alexandrū regē. Hæc enim oīa

e Græco in Latinũ traduxi, cũ eſſem propemodũ adoleſcẽs, philoſophiã Florẽtiæ, oratoriamq; docẽs, quæ quanq̃ exiſtimo per ſe tibi fore iucũdiſſima, ſpero tñ propediẽ alia quędam ad te dare, q̃ lõge ſis maiore cũ uoluptate lectitaturus. Vale. Et me Chriſtianiſſimo regi Carolo q̃diligentiſſime cõmenda. Ex Mediola. xiiij. Calen. Martias. M. cccc. liij.

Franciſcus Philel. Alberto Zancario. S.

Gratulatur amico de probo filio.

NIhil mihi iucũdius tuis literis hoc tpe potuiſſet contingere. Nam & de tua tuorũq; omniũ bona ualitudine certior factus ſum, id qđ uehemẽter optabã, & Enochũ noſtrũ in iuuenẽ frugi probumq; euaſiſſe ex te patre intellexi. Quanq̃ enim ab ipſa uſq; pueritia bonã de ſe ſpem pollicebatur Enochus, nõ poterã tñ non ſubuereri ob iniquitatẽ tẽporum, ſecus accidere poſſe q̃ uellemus. Itaq; ĩmortali deo ĩmortalis habeo gratias q; te patre grauiſſimo optimoq; uiro dignum ſe præſtiterit. Quod autẽ cupit bonis artibus etiã a nobis inſtitui, rem nunciat nõ ingratã. Et ut breui rñdeam, ad Aprilẽ te uidebo, ac tuo meoq; deſyderio cumulatiſſime ſatisfaciam. Præterea qm̃ de his quæ in pñtia ab me ſcribuntur, abs te mẽtio facta eſt, dedi ad te particulam quãdam ex ſecũdo Sphortiados noſtræ libro, & præfationem hiſtoriæ Sphortianæ. Vale. Ex Mediolano. x. Calen. Martias. M. cccc. liij.

Franciſcus Philel. Ænico Dauolo, equiti aurato. S.

Cunctationis cauſam narrat.

QVid in cauſa fuerit, ut tãdiu diſtulerim aduentum meum, accipies ex Ioanne Antonio Gotthalano, uiro nobili, ac tui nominis amãtiſſimo. Spe

ro tamen fore, ut ante ueris exitum te uideã. Tu me interea tpis ama, ut ſoles, & Alphõſo regi q̃diligentiſſime cõmẽda. Vale. Ex Mediolano. vi. Calen. Martias. M. cccc. liij.

Fran. Phil. Petro Thomaſio philoſopho, ac medico. S.

Libros repetit.

SEcundũ librũ de exilio, qui de infamia inſcribitur, uelim huic iſti tabellario, qui meas tibi literas reddidit, ad me des. Deſydero etiã tertium, in quo de paupertate diſſeruimus, qui ſi ipſe quoq; apud te eſt, dato itẽ eidẽ ad me tabellario. Sin minus eſt apud te, quære a Bernardo meo Iuſtiniano. Plura ad te nunc ſcribere non potui propter occupationes meas. Propediem agam tecum pluribus. Vale. Ex Mediolano, Nonis Martijs. M. cccc. liij.

Franciſcus Philel. Iacobo Camerinati. S.

Operam petit amici in rem ſuam.

QVantam diligẽtiam adhibuerim in rem tuam, potes ex Ciccho Angeloq; cognoſcere. Idem ut mihi tu hoc tẽpore officium p̃ſtes, uehementer cupio. Fac inquã opera & ſtudio tuo, ut Cicchus q̃d intereſt rei meæ pecuniariæ apud hos ædiles q̃primum literis ſuis abſoluat. Verum bono ſint atramento ſcriptæ (ut aiunt) & fide opus eſt, & celeritate cãm Cicchus ex me coram intellexit. Codicem epiſtolarum cum primum abſoluero, dabo ad te libenter. Xenophon totus eſt tuus, & pater non minus. Vale. Ex Mediolano. xij. Calend. Apriles. M. cccc. liij.

Fran. Philel. Lodouico Gõzagæ Principi Mãtuano. S.

Gratias agit.

Non

NOn equidē ſum oblitus,quā mihi nuper in agro Brixiano beniuolentiā oſtendiſti; & quāta me non humanitate ſolum, ſed benignitate etiam perſæpe exceperis. Itaq; ex eo tēpore intellexi permagnam mihi in te ſpem & poſitam eſſe, & conſtitutā. Indeq; factum eſt, ut ita te obſeruē, ac uenerer, ut me abs te putem dignum exiſtimari, in quo nullum beneficiū tuum ſit intermoriturū. Quæ mea me de te opinione falſum habeat, eſt magnitudinis, et munificētiæ tuæ. Quid aūt abs te uelim, ethruſco ſermone intelliges. Eſt celeritate nō minus opus, q̄ beneficētia. Vale. Ex Mediol. iiij. Nonas April. M.cccc. liij.

Franciſcus Philel. Nicolao Strozæ equiti aurato. S.

Excuſat ſe, q̄ diſtulerit officium ſuum.

PVtas fortaſſe uel obliuione, uel negligētia factū eſſe, ut quod ab me iſtinc ſoluēti petieras, nōdū ad te ierit. Sed neutri profecto iſtiuſmodi uitiorum eſt locus apud me ullus. Nā & memoria ualeo plurimum, & ſum unus omniū diligentiſſimus, p̄ſertim in his rebus quæ amicorū interſunt. Q̄d autē uehemēter & diligā te, & amem, tum ea facit familiaritas, ac neceſſitudo, quæ mihi eſt iam multis annis cū uniuerſa Strozarum familia, tum ipſe tu qui de me priuatim es bene promeritus. Sed duo fuerunt in cauſa, ut in hanc diē minus ſim ut uolebam tibi gratificatus. Nam & librario carui, & quidā pro officio meo p̄ſtari me Principi meo oportuit, quod ita me impediuit, ut nihil omnino ocij mihi cōceſſum fuerit. Sed quo ſerius præſtitit, eo emulatius propediem ad te ibit. Tu interea tēporis, ut amare nō ceſſes, etiā atq; etiam rogo, id quod ita intelligā te feciſſe, ſi me nobiliſſimo iſti Principi quotidie

magis feceris chariorem. Grauiſſimũ & humaniſſimũ uirum Lodouicum Caſſellam bene ualere opto. Vale, & diſertiſſimo Tito meo ſalutem plurimã uerbis meis nunciato. Ex Mediolano, pridie Calen. Apriles. M. cccc. liij.

Franciſcus Philel. Nicolao Varroni. S.

Silentij cauſam reddit, & operam ſuam ſpondet.

QVod nihil ad te ſcripſerim poſt meam a uobis abitionẽ, honeſtæ quædã occupationes meæ cauſam præſtiterũt. Itaq; rogo te ut ignoſcas, tibiq; pſuadeas, me unũ eſſe, qui tanto te amore complector, ut alium magis neminẽ. Itaq; ſi quid in me eſt, quod tibi iucũdum eſſe poſſit, id ita eſſe tuum exiſtimato, ut meũ magis eſſe non poſſit. Cõmuni Principi me q̃diligentiſſime, & q̃ſæpiſſime cõmenda. Præſtantiſſimum uirum, eloquentiſſimumq; Caſſellam ſaluere plurimum opto. Vale. Ex Mediolano, pridie Calen. Apriles. M. cccc. liij.

Franciſcus Philel. Lodouico Caſſellæ.

Obſequium ſuum offert amico.

CVm Antonius Tricinus Ferrariã peteret indignũ me facturũ exiſtimabã, ſi is meis uacuus literis ad uos iſſet. Q uid aũt aliud ad te ſcriberem, q̃ unũ illud, quod & libẽter apud oẽs, & continẽter pdico, me tibi cum propter maximas tuas, mirabilisq; uirtutes, tum propter ſingularẽ tuã erga me humanitatẽ, ac benificentiã debere plurimũ? Itaq; tibi uelim certo pſuadeas, me unum eſſe perpetuoq; futurũ, qui nihil neq; magnũ, neq; paruũ recuſaturus ſim tua cauſa. Q uare abs te peto, atq; contendo, ut oĩbus in rebus officio, operaq; mea non utaris ſolum, ſed etiam ſi opus fuerit (ut ita dixerim) abutaris.

taris. Vale, & communi Principi me (ut ſoles) chariſſimum redde. Ex Mediolano. xvi. Calen. Maias. M. cccc. liij.

Franciſcus Philelphus Petro Perleoni. S.

Literas ſuas conqueritur interceptas.

CVm primum Candidus Bontẽpus eques auratus Principis tui noīe ueniſſet Mediolanum, et ex eo certior factus eſſem de omni ſtatu tuo, id quod mi nus cumulate ex literis tuis quas filio Xenophōti ad me de deras, ante cognorã, mirabili gaudio ſum affectus, & tibi p meas literas, ut par erat, cõgratulatus. Deinde cũ dies cõplu ſculi præteriiſſent, didici ex eodẽ Candido literas meas oĩs, & quas ad te, & quas ad Principẽ tuo dederam, eſſe inter eundum tabellario interceptas, ſurreptasue. Itaq; & ad Sigiſmundum Principẽ eadẽ rurſus ſcripſi, quæ antea, & tecum iccirco egi breuius, q̃m per tabellarium non licuit uti prolixitate. Quare ea dũtaxat audies Græce, quę apud Principem tibi tuum uerbis meis & dicenda ſunt, & curanda. Vale. Ex Mediolano. xv. Calen. Maias. M. cccc. liij.

Franciſcus Philelphus Iacobo Camerinati. S.

Locum & tp̃s præfinit conueniendi amici.

NIſi uehementer amem amorẽ tuũ, ingratus ſim. Quæ ſplendidiſſimi equitis aurati Ioãnis Tolẽtinatis ſcriba tuo noīe mihi corã expoſuit, libẽtiſſime audiui. Q uid aũt aut ſentiã, aut uelim, tecum una Cremonæ ad paucos uſq; dies commentabor ac ſtatuam. Nam ad Calend. Maias hinc capiam iter ad urbem Romam negocij mei gratia, & id quidem ex Principis noſtri ſnĩa. Q uod aũt queri uiſus es, q̃ nihil ad te ſcribam, non iure id facis. Nã proximis diebus literas ad te dedi. Tu

uero Endymionis ſomnum dormitas, reſpondesq́ omnino nihil. Sed iccirco ignoſco tibi, q̄ ita ranarum Cremonēſiū clamoribus obtunderis, ut apud te eſſe non poſſis. Vale. Ex Mediolano. xiiij. Calen. Maias. M. cccc. liij.

Franciſcus Philel. Alexandro Sphortiæ. S.

Admonet quēdam, ut ſibi inſeruiat.

ET ſi proximis literis debes ſatis intellexiſſe, q̄ mihi opus ſit ope tua, nec præterea ſum ignarus, cū pro tua animi magnitudine, tū pro mea erga te obſeruātia te mihi libenter gratificaturum, tamen quia noui maximas tuas ac prope infinitas occupationes, rurſum uiſus es admonendus. Ego Romam ſum propediem conceſſurus. Nec omnia mihi adſunt, quibus eſt opus ad id itineris. Nec mihi tam meæ, q̄ Sphortianæ dignitatis ratio eſt habenda. Reliqua tu pro tua prudentia potes conſyderare. Vale. Ex Mediolano. xiiij. Calen. Maias. M. cccc. liij.

Franciſcus Philel. Alexandro Sphortiæ. S.

Gratias agit, & promiſſa petit impleri.

PErhumaniter mihi nudiuſnonus, p̄benigneq́ reſpōdiſti. Itaq́ tibi nō poſſum ingētis gratias nō habere. Dicis tu aūt & facis oīa pro magnitudine animi tui, nobilitateq́ naturæ. Reliquum eſt, ut qđ tua illa graui, ſuauiſſimaq́ epiſtola me tam liberaliter recepiſti, ad quatriduū uſq́ te factturū, id olim effectum reddas. Nam hoc mihi p̄ſtare gratius hoc tēpore nihil potes. Vale. Ex Mediolano. iij. Calen. Maias. M. cccc. liij.

Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.

Hortatur amicum, ut cōpleat promiſſa.

Quāquam

QVáquam non eram neſcius te memorẽ fore,& quid mihi coram recepiſſes,& quid te facere oporteret,tñ cum mecũ animo uolutarem, qui eſſes occupatiſſimus,rurſum uiſus es admonẽdus.Duo ſunt quæ tu mea cã ſis facturus, alterũ Florentiæ ore auribusq; tuis,& Romæ alterũ per literas. Hæc ut & q̃primum & diligenter cures,te etiã atq; etiam rogo.Vale. Ex Mediola.pridie, Calen.Maias. M.cccc.liij.

Franciſcus Philel.Alexandro Sphortiæ. S.

Gratificatur amico pro munere.

QVem roſei coloris pãnũ dono miſiſti mihi, libẽtiſſime accepi.Sumq; tua munificẽtia nõ mediocriter delectatus,& ne id quidẽ minus animi tui,q̃ doni magnitudine.Nõ enim qđ muneratur,ſed munerãtis animus maxime liberalitatẽ,benignitatemq; declarat,& facit.Nãq; ꝙ uerbo extenuaris, qđ eſt apud me ampliſſimũ, ſatis id ſuperq; oſtẽdit,& me tibi eſſe chariſſimum, & te nihil pluris ducere q̃ uirtutẽ.Gratulor igitur fœlicitati tuæ,qui ut es animo excelſo, ſplendidiſſimoq; ingenio,nihil abiectum,nihil humile neq; loquaris,nec ſentias.Reliquum eſt,ut tibi perſuadeas tua apud me beneficia oĩa, fide bona,eaq; non ingrata eſſe depoſita.Vale. Ex Mediolano.iij.Nonas Maias. M.cccc.liij.

Franci.Philel.Nicolao Arcimboldo iurecõſulto. S.

Operam petit amici.

NEquaq̃ ſum neſcius,mea tibi oĩa maxime curæ eſſe.Quo fit, ut uel tibi fortaſſe uidear rem meã admodũ negligere,qui nullũ faciam tecum uerbum,cuius mihi opa uehemẽtiſſime

opus ſit. Qđ ne accidere iure poſſit, peto abs te, ut qđ una de mea profectione cōmētati ſumus; q̄ primū quantū in te fuerit, cōfectū reddas. Hoc erit mihi tā gratū, q̄ neceſſariū. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris Idibus Maijs. M. cccc. liij.

Franciſcus Philel. Alberto Zancario. S.

Gratias agit amicis laudātibus, promittitꝙ aduentū ſuū.

ACcepi literas tuas ad me, & cum his eas binas, quas duo diſertiſſimi Nicolai & Perottus, & Vulpes ad te dederant. Habeo & tibi, & Nicolais ingētes gratias, ꝙ tā amice de me ſentitis. Nā q̄d dixerim, uere, cū et ipſe lōge humilius de me ſentiā, & amorē unde manat amicitia, cæcum finxit antiquitas? In p̄ntia tecū pluribus agere impedior. Ad paucos uſꝙ dies longior ſum futurus, & id quidē nō ꝑ literas, ſed p̄ns ipſe & corā. Vale, & utriꝙ Nicolao ſalutē plurimam dicito uerbis meis. Ex Mediolano. xiiij. Calen. Iulias. M. cccc. liij.

Franciſcus Philel. Galeacio epiſcopo Mantuano. S.

Pecuniam ſibi commodari petit.

NIſi una oīum uoce p̄dicatio neꝙ cognitum mihi eſſet te aīo uigere ingenti & ꝑbenigno, ſubdubitarē fortaſſe beneficij quippiā abs te petere, a quo nihil antea promeruerim. Sed cū ſis tali tātaꝙ uirtute, ut humana oīa infra te ducas, intelligasꝙ nihil eē magis homini propriū, q̄ benefacere uel ignotis, q̄ppe qui ſe ſimillimum eius uelit ad cuius eſt imaginē ſimilitudinēꝙ creatus, maiore cū fiducia tuas en pulſo fores, quas mihi facile apertum iri nō dubitē. Deſp̄odi modo filiā uiro bono & nobili, cui dotis charitudine tradere nōdū potui. Nā ut noſti, uirtus & diuitiæ ſimul eſſe non p̄nt. Te igitur pro

tuis

tuis maximis, īnumerabilibusꝗ uirtutibus maiorē in modum rogo, atꝗ oro, ut ducatos centū mihi cōmodes, ea cōditione, ut intra annū eos tibi oīno bona fide redditurus ſim. Quod ſi prius, ut ſpero, p̄ſtare potero, nihil diſſimulabo. Scio te, id qđ ſummæ tuæ eſt laudis, nunq̄ pecunijs abundare, & ſi redditus habes ampliſſimos, cū ex eccleſia, tum etiā ex patrimonio. Nam *quicquid ſupereſt a rebus neceſſarijs, id oē uel pro liberalitatis, uel proprietatis officio in eos tribuis, quos dignos cēſeas in quos beneficiū cōferatur.* Tuæ *igitur humanitatis fuerit, ut ita in me pius liberalisue ſis, ut intelligas nullū apud me officium tuū intermoriturū.* Non *enim ſolum ad cōſtitutum tp̄s tuum ad te mutuū redibit, ſed cum uſura etiā literaria redibit.* Huius *autē rei gratia hunc meū adoleſcentē ad te fidum nunciū miſi, cui uelim ad me des quod petitur.* Vale. Ex Mediolano. x. Calen. Iulias. M. cccc. liij.

Franciſcus Philel. Georgio Trapeſontæ. S.

Dicit ſe quēdā cum Sūmo Pontifice in gratiā redegiſſe.

QVod *iſtinc abiens tibi ſum pollicitus, ubi primum in urbem ueni, & Summi* Pontificis Ni*colai quinti adeundi mihi data eſt facultas, quo tempore adhuc ex pedibus non mediocriter laborabat, ita egi cauſam tuam, ut eius animum iampridē alienatum, ut noſti, ita ad te conuerterim, ut reditum ad ſe tuum non ſolum admittat, ſed etiam deſyderare uideatur.* Itaꝗ *moneo te, atꝗ hortor, ne differas aduentum tuum, ſed uelis, ac remis (ut aiunt) ſecundis flatibus te cōmittas.* Nam *omnia tibi in portu, omnia tranquilla futura ſunt.* Vale, & *maieſtati* Regiæ *me commenda.* Ex Vrbe Roma. v. Calend. *Septembres* M. *cccc. liij.*

Franciſcus Philel. Nicolao Arcimboldo, iureconſulto atq; Senatori Ducali. S.

Equuleum laudat.

HAſce ad te literas dedi ex Tolentino, unde poſt oſtiduum arripiã ad uos iter, tum equeſtris inſignibus, & poetica laurea ornatus, tum ſecretarius apoſtolicus. Equuleus tuus ſi tanta eſſet corporis magnitudine quãta animi, ne Buceſalo quidẽ cederet. Mirum eſt q̃ ſe obſequentẽ præſtat. Vale, meq; ut facis, ama. Ex Tolentino, Idibus Septẽbribus. M. cccc. liij.

Franciſcus Philel. Ciccho Calabro. S.

Reſponſum petit.

MIror q̧ nihil ad ea r̃nderis, quæ proximis diebus tibi de re mea ſignificaui. Nondum fortaſſis a Principe didiciſti q̃d cupimus. Itaq; rogo te, ut tãdẽ r̃ndeas, meq; de oĩ eius ſñia facias certiorem. Vale. Ex Mediol. ix. Calẽ. Nouembres. M. cccc. liij.

Franciſcus Philel. Alberto Zancario. S.

Excuſat ſe de ſilentio.

NOlim tibi perſuadeas, quẽquã eſſe ex amicis oĩbus te mihi chariorẽ, Id enim cũ modeſtiſſimi tui mores, tum plurima & maxima beneficia citro ultroq; mutua pietate collata, iam pridẽ facile p̃ſtiterunt. Q̃d autẽ nihil in hãc diẽ poſt abitionẽ iſtinc meã ad te ſcripſerim, illud ſcilicet fuit in cã, q̧ fruſtra id facere nolebã. Nondũ enim Princeps meus in urbẽ rediјt ex caſtris, neq; eo abſente habeo quic q̃, quod tibi ſim ſcripturus. Tu interim bona ſpe eſto. Nõ enim fallam quam de me indubitatam habes opinionem. Vale. Ex Mediol.

Mediolano.xiij.Calen.Ianuarias. M.cccc. liiij.

*Franciſcus Philel.*Nicolao Varroni. S.

Commendat quendam.

QVi tibi reddidit has literas, uir eſt & bonus, & non indoctus, mihiq; multos iam annos p̄ familiaris, quem ut & diligas,& commendatum habeas rogo. Vale. Ex Mediolano. x. Calend.*Februarias.* M. cccc. liiij.

*Franciſcus Philel.*Nicolao *quinto* Sūmo Pōtifici. S.

Dicit ſe pagere ſibi mādata,et gratū ſe oſtēdit.

STephanū Caciā Nouarienſem iuriſconſultū, *&* Taurinatē Archidiaconū, *tuæ ſanctitatis cubicularium,in his quę mihi expoſuit tuo nomine,& ſumma cum obſeruantia,& libentiſſime audiui.Nec diligenter minus q̄ fideliter geſſi oīa,geroq; aſſidue,quæ tum literis tuis,tum eius nuncio tibi grata fore cognoui.Habeo aūt beatitudini tuæ gratias īmortalis, q̄ fidei meæ,pietatiq; erga te ita fidis,ut debes.Quid enim pro te facturus non ſim,cuius ſingularē ſum iampridē beniuolētiam,& præcipuā modo benignitatē in me expertus?* Tātū *me tibi debere intelligo,ut ne uitam quidē ipſam in mea magis,q̄ in tua poteſtate poſitam eſſe uelim.*Itaq; *imperare ſit tuum pro uoluntate omnia,parere autē meum cum omni integritate,ueneratione, induſtria.* Vale *pater beatiſſime.* Ex Mediola.iiij.Calen.Martias. M. cccc. liiij.

Franciſcus Philel. Petro Nucetano. S.

Miratur ſibi nihil eſſe reſpōſum.

ANtonio Littæ Mediolanenſi *presbytero literas ad te dedi.iiij.*Idus *Nouēbres.*Erat*q; cum his ſapphicū ado:*

nicũq; carmen ad ſanctitatẽ dñi noſtri longiuſculũ. Sum autem miratus, q; nihil in hanc diem mihi rñderis. Nec potui non dubitare, ne literæ tibi meæ redditæ fortaſſe nõ eſſent. Noui enim facilitatem, noui humanitatem, noui liberalitatẽ animi tui. Itaq; non ſine cauſa id accidiſſe arbitror. Sed cũ hac de re, tum de alijs nonnullis Xenophon filius tibi coram exponet. Tu uelim me (ut facis) ames. Tibiq; perſuadeas eum eſſe me, qui tibi omnium maxime noſtri ordinis ſim affectus. Conuiuia Mediolanẽſia eidem Xenophonti filio ad te dedi. Vale. Ex Mediolano. iiij. Calen. Martias. M. cccc. liiij.

Franciſcus Philel. Petro Perleoni. S.

Infidum eſſe quendam dicit.

BInis alijs literis tibi ſignificaui Ioãnem Caimũ, neq; feciſſe, neq; facturum ſani quicquam de re tua. Seq; dicit tibi debere nihil, quoniam pro te alijs ſatisfecerit. At illi quos is prædicat, factũ id pernegant. Itaq; ſi me audis, tute Mediolanum concede. Nam ſi ſecus feceris, nihil feceris, ædesq; negligentia tua quadã amiſeris. Tu rem paucis tenes. Reliqua ex Xenophonte filio coram accipies. Vale cum pudiciſſima uxore tua, meq; tuo illuſtri Principi cõmenda. Ex Mediola. iiij. Calen. Martias. M. cccc. liiij.

Fran. Phil. Petro Barbaro Cardinali Veneto. S.

Gratum ſe eſſe dicit.

XEnophonti filio Romam uenienti iccirco literas ad te dedi, ut intelligeres me tanti facere beniuolentiã tuã, quã mihi nuper cum iſtic eſſem, certiſſimis documentis corã declaraſti, ut omnia de te mihi ſperare poſſe uidear. Id autem eo facio & maiore cum fiducia & libentius, quoniam

noui nullum apud me unq̃ intermoriturum beneficium tuũ. Nam eſt apud me antiquius nihil gratitudine atq; pietate. Reliqua tu ex Xenophonte cognoſces. Vale pater ampliſſime. Ex Mediol. iiij. Calen. Martias. M. cccc. liiij.

Franci. Philel. Dominico Cardinali Firmano. S.

Excuſat ſe p̃clare, ꝙ amicũ non ſalutauerit.

NOn poſſum nõ accuſare erratũ meũ, ꝙ cũ nuꝑ fuiſſem Romæ, ad te minus ſalutatum ierim, cui me iãpridẽ norim eſſe chariſſimũ. Nolim tñ exiſtimes id uel negligentia mea, uel ꝙ tui oblitus fuerim, accidiſſe. Sed dum cupio in te adeũdo minus ineptus exiſtimari, fui in officio ſeruãdo minus erga te officioſus. Volebã enim & pro amplitudine tua, & pro decoro adire te, & eos conferre ſermones, qui & auditione tua, & oratione mea nõ indigni iudicarẽtur. Quare dum ſtudeo ea expedire negocia, q̃ mihi erãt apud Sũmum Põtificẽ, plusq; in his q̃ putarã tp̃is cõſumo, tandẽ coactus ſum non te ante adire q̃ abire. Itaq; in ipſa abitione mea ex urbe Roma, inter equitãdũ accedo ad ipſas ædes dignationis tuæ. Is qui tricliniȷ̃ p̃eſt officio, rñdet in cubiculario te eſſe diuino intentum miniſterio, nec licere ſibi ĩterea tp̃is adire te. Quid multis? Tris horas expecto, cũ ne ipſe quidẽ oſtiarius amplius qcq̃ rñdet mihi. Quãobrem dum uideo mirũ ſeruari ſilentium, & ipſe ad abeundũ ſollicitarer a comitibus, ne aut importunior, aut ineptior dici poſſem, abiui equidẽ ſubtriſtior, ꝙ uiſere te nequiuerim, quẽ mirifica obſeruãtia proſequor. Tenes ecce rem omnẽ. Tuæ fuerit uel clementiæ mihi ignoſcere, uel iuſtitiæ oſtiarium caſtigare, qui ut eſt genere germanus, neq; humanitatẽ ſapiat, nec hominũ habeat diſcrimen.

Reliqua ex Xenophonte *filio cognoſces. Vale pater huma-niſſime.* Ex Mediolano.iiij.Calen.Martias. M. cccc. liiij.

Franciſcus Phil.Ioanni *Auriſpæ.* S.

Laudat amicum.

QVanti ego te ſemꝑ fecerim ac facio, nemo eſt q̃ id melius ſciat q̃ tu. Id certe exploratiſſimum habeo, me tibi eſſe chariſſimũ. Fide aũt in amicos, & prudẽtia tanta uales, quãta ſcio maiore neminem. Itaq; nihil eſt quod de te ſperare non auſim. Quibus autẽ in rebus tuam mihi & operã & diligentiam præſtes, uelim, Xenophon filius tibi coram oſtendet. Vale. Ex Mediolano.iiij.Calen.Martias. M. cccc. liiij.

Fran.Phil.Aenico Dauolo, equiti aurato. S.

Literas petit de ſtatu amici.

CVm ad undecimũ Calen.Septemb.ex caſtris regijs abijſſem, repetiturus Mediolanũ, nihil mihi moleſtius fuit, q̃ ꝙ te, qm̃ heſterno ueſperi Neapolim reuertiſſe ferebaris, eo die uidere, complectiq; nequiuerim. Itaq; abiens mecum tuli incredibile deſyderiũ tui, quem & abſentẽ abſens intueor, & complector, & alloquor. Cupio aũt maiorẽ in modum per tuas literas intelligere, & quid agas, & q̃ tibi charus ſim. Sed horũ alterum perſpicuum mihi eſt. Non enim poſſum non amari abs te, quem tantopere ipſe colã. Alterum bene ſpero. Nam qui uir magnus es, & rebus ornatus omnibus te bene agere, ac rebus uti ſecũdiſſimis, dubitare certe non debeo. Gratiſſimũ tamẽ mihi facturus ſis, ſi quæ de te mihi in ſpe ſunt poſita, ea tu literis tuis uel confirmabis, uel augebis. Vale decus meũ, & me Alphonſo regi cõmenda, & ut ſoles, chariſſimum effice.

Ex Mediola.iiij.Calen.Martias. M. cccc. liiij.

Franciſcus Philel.Nicolao Cebæ. S.

Interrogat de nauigio.

INcipiẽti iam mihi expectare literas tuas,aliud occurrit in mẽtẽ.Cupio enim ex te intelligere, ulla ne a uobis ſit,aut in Thraciã,aut ad Chios nauis traiectura,quæ iſtinc ſoluat ante Calen. Maias.Et hoc,& quæ proximis literis ad te ſcripſi,ne negligas rogo.Vale. Ex Med.viij.Idus Martias. M. cccc.liiij.

Franciſcus Philel.Alberto Zancario. S.

Excuſatoria epiſtola.

DEus malefaciat factionibus,ſuſpicationibusq́,quibus fit, ut tuæ meæq́ uoluntati mos geri non poſſit.Petieram a Principe, quod te uelle intelligebam.Is mihi liberaliſſime reſponderat, ut ſemper, omniaq́ mea cauſa facturum ſe affirmarat.Deinde cum rei conficiũdæ ſtudeo,animaduerto hũc refrigeſcere. Quod ego moleſte ferens,cunctationis cãm quæro.Tandem mihi reſpondet, ſe & mea & tua cauſa uelle omnia, uereri tamen ne iſtic aliqui huiuſmodi beneficij genus indigne patiantur, Itaq́ ſibi & hominum habẽdam eſſe,& tẽporum rationẽ. Reliqua tu pro tua prudẽtia coniecta.Vnũq́ tibi perſuade, nihil apud me eſſe antiquius beniuolentia noſtra. Vale. Ex Mediolano v.Nonas Martias. M. cccc. liiij.

Franciſcus Philel.Bernardo Iuſtiniano. S.

Excuſat amicũ non reſcribentẽ,& tñ cum uacabit,ut ſcribat,orat,certiorq́ fieri petit de eius ſtatu.

NIhil eſt mihi beniuolentia tua certius. Quid enim nõ ames,quẽ uir maximus et clariſſimus pater tuus Leo-

nardus & dilexerit unice & ſummis beneficijs affecerit. Itaq; non modo non miror, ſi quando meis literis inuitatus nihil reſponderis, ſed ignoſco potius occupationibus tuis, quibus ſit, ut neque amicis poſſis, nec ipſi tibi omnino ſatisfacere. Verum ſi quid ocij quandoq; nactus fueris, rem mihi facies gratiſſimam, ſi & de te, & de rebus tuis me reddideris certiorem, in primisq; nunquid in naufragio Bizantino *iacturæ quippiam paſſus ſis.* Non *enim poſſum non uereri, ne quid inde tibi detrimẽti acciderit ob tuas pecunias, quas habebas* Conſtantinopoli *in mercatura occupatas. Ad hæc rogo te, ut opuſcula illa mea, quæ abs te meo nomine eloquentiſſimus medicus* Petrus Thomaſius *petijt, huic iſti tabellario, aut eidem cõmuni amico ad me des.* Vale. Ex Mediolano, *pridie* Calen. Apriles. M. cccc. liij.

Franciſcus Philel. Iacobo Cuſano iuriſperito. S.

Laceſſentem ſe monet ut deſinat.

ES tu in me Iacobe quotidie q̃ par eſt importunior, id quod ne poſthac facias, te non ſolum moneo, ſed etiam hortor, ac rogo. Nam *quanquam magno animo uiri eſt, iniuriam contẽnere, contumeliam tamen ferre nemo ſi ſanus ſit, debet.* Stultus *eſt enim, qui & aliorum & ſuæ dignitatis rationem non habet.* Duo *ſunt clauſtra natura linguæ obiecta, & dentes, & labra, quibus admonemur eſſe nihil effutiendum, ſed aſſeueranter omnia, prudenterq; dicenda.* Neq; *in teſtimonijs mẽtiri nos oportet, nam ſic ſumus in deum impij, neq; in defendendo oppugnandoue aut perituros, aut peruicacis, id quod faciunt hi omnes, qui ſimplicis animæ ſceleratiſſimam ſectam fouent.* Tu *me ſatis intelligis.* Si *iuſtitiam, uerita-*

temq́ tueris, nullam facis mihi iniuriam. Sin ſecus facis, tibiipſi noces. Vtcūq́ res habet, compeſce linguam, & me laceſſere maledictis noli, ne quæ irrita tela obtuſaq́ conieceris, retorqueantur in te longe acutiora. Tibi lingua eſt, ut uidere uideor, ad inuehendū apta. At Philelpho tuo & lingua eſt, & arundo longe q̄ diuturnior. Itaque ſanius tibi cōſulas, ſi me philoſopho uti malis, q̄ uel oratore, uel ſatyro, ut conſueſti. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris. viij. Idus Apriles. M. cccc. liiij.

Franciſcus Philel. Nicolao Cebæ. S.

Laborare amicum ex crure dolet, & literas ſuas illi non redditas.

GAbriel uir religioſus, idēq́ diſertus, qui modo iſtinc Mediolanum petijt, fecit me certiorem, te neſcio quo modo ex crure laborare, Mirari præterea, q̄ nihil tibi ad ea rn̄derim, quæ de re uxoria ad me ſcripſeras. Vtrūq́ ſane dolui, & q̄ tibi crus moleſtiam attulerit, & q̄ binæ meæ literæ tibi redditæ minus fuerint. Nam harum ego alteras publico mercatorum tabellario, alteras Leonardo ſcribæ ueſtri Principis ad te dederam. Ne igitur eadem ſæpius repetam, illarum literarum exempla cum his una ad te miſi. Te uale, & crus q̄diligētiſſime cura. Ad hæc ſi quid habes de Turcis, ad me perſcribe. Vale. Ex Mediolano. iij. Idus Maias. M. cccc. liiij.

Franciſcus Philel. Ioāni Marchioni mōtisferrati. S.

Cauſam ſilentij reddit.

SI nihil iādiu ad te ſcripſi, puto iccirco te nō mirari, q̄ noris id mihi facere nō licuiſſe ob tēpeſtates procellasq́ bellorū. Nā ego te & amo, et obſer

uo,nõ ſolũ ꝙ de me ſis meritus optime, ſed quia dignus es, quem boni uiri, ac docti oẽs & colant, & uenerẽtur. Itaq; ſi quid in me eſt, qđ tibi ſit gratum, id iure peculij tuum cẽſe. Ego autem abs te aliud nihil peto, niſi ut me ames, ut ſoles. Præterea maiorem in modum rogo te, ut meos illos de exilio libros Xenophonti *filio ad me des.* Vale. Ex Mediolano, Idi *bus Maijs.* M. *cccc. liiij.*

Franciſcus Philel. Lombardo Collioni. S.

Literas *petit.*

QVæ mihi Salomon iudæus noĩe tuo expoſuit, audiui. Miratus autẽ ſum, ꝙ nullas ad me literas dederis. Fac igitur abs te ipſo audiã, que ꝑ internũcium loqueris. Tu me ſatis ſuperq; intelligis. Vale. Ex Mediolano. vij. Calen. Iunias. M. cccc. liiij.

Franciſcus Philelphus Ciccho Calabro. S.

Oſtendit ſe uelle rebus ſuis proſpicere.

NOn me latet, q̃ abs te non ſolum diligor, ſed etiam amor. Nec cupio plus te uelle mea cã, q̃ poſſis. Id te rogo dũtaxat, ut quod habes ſcriptum, id Principi hodie (modo liceat) legas. Nã diutius tempus terere, iam nulli uſui eſſe mihi poteſt. Itaq; inſtitui omnino proſpicere rebus meis. Tibi uero amico benefico, & optimo me tantum debere profiteor, quantum alteri nemini. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris. vi. Idus Iunias. M. cccc. liiij.

Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.

Excuſat occupationes amici.

ACcuſarem ego te profecto uel obliuionis, uel negligentiæ, niſi tuus mihi amor iampridem perſpectus eſſet.

Quo

*Quo ſit,ut iſtiuſmodi oēm de re mea cunctationē dem occupationibus tuis.Quibus qm̄ iam magna ex parte ſolutus es, te rogo,ut quod mihi corā libēterq; recepiſti,nō inuitus efficias.*Vale. Ex Mediolano,Idibus Auguſtis. M. cccc. liiij.

Franciſcus Philel. Criſtophoro Marliano. S.

Pelliri a Principe ueſtem ſuam petit.

Videor licere mihi tanq̄ pro meo quodā peculiari iure,uti & opa, & officio tuo in oī re mea. Quid enim diſcipuli nō debeāt præceptoribus, preſertim his quibus ſe norint eſſe chariſſimos? Quod te non latet,illuſtris Princeps Alexander Sphortia, uir plane oī uirtute maximus,mihi dono dedit anno ſupiore pānū roſei coloris,quo pro dignitate ſua Muſarūq; indueer.Is in hanc mihi diem ſeruatus eſt integer. Nam *ante nō fuit uſui.* Nunc *formatur in ueſtimentū,quod ſi minus pellitum fuerit,uideatur ineptius.Pelliri autē ab alio q̄ ab Alexandro,cuius eſt donū,haud quaq̄ decere arbitrer.Itaq; iſti dicito meis uerbis,ut ſuæ munificētiæ,& non ingratæ Muſarum uoluntati pro tēpore anni cōſulat.* Vale,& rn̄de.Ex Mediolano. xvi.Calen.Septēbres. M. cccc. liiij.

Franciſcus Philel. Bernardo Iuſtiniano. S.

Debitorem quendā dicit eſſe ſoluendo.

Nec tu mihi tuos cogitatus proximis literis declaraſti,nec ego ex me illos potui cōiectare.Sed qm̄ a familiari quodā nunc reſciui uirū illum, quo de antea ad me ſcripſeras,debere tibi pecuniam,te iterū aliter admonēdum putaui, eum eſſe ſoluendo non difficilē,quātum tibi debuerit.Habet enim bona,quæ ſtabilia uocātur,permulta,uiuitq;,& uictitat lautiſſime. Itaq;

tibi non eſſe longius differendũ cenſeo. Veni Mediolanũ. Nã oĩa tibi ſecunda futura ſunt, cum ob alias pleraſq; rationes, tum quia humaniſſimus hic Princeps noſter, & uidebit te libentiſſime, & tuũ ius omne ſuũ ius eſſe exiſtimabit. Prӕterea quod tibi ante ſignificaui, ſi minus abundas equis, hic mihi ſex ſunt, quos tibi quoq; uolo eſſe communis. Vale. Ex Mediolano. x. Calen. Septembres. M. cccc. liiij.

Franciſcus Philel. Bartholomӕo Bucinio. S.

Nec ſimulandũ, nec diſſimulandũ eſſe, Laudatq; amicũ ꝙ ſe totũ patefecit ſibi, et pollicetur officiũ ſuũ.

QVod te mihi totũ oſtẽdis, & amice facis, & recte. Nam cum in uiro bono, tũ uel in primis in amicitia nec ſimulatũ quicq̃, nec diſſimulatum eſſe oportet. Itaque uidemus ab Ariſtotele dari Socrati uitio, qui cũ eſſet ſuӕ tẽpeſtatis omniũ apud Athenĩẽſes doctiſſimus, & inter alienos diceret, & apud ſuos, ſe unũ id ſcire, ꝙ nihil ſciret, aliud uero nihil. Decet profecto quenq̃ (ut mea fert opinio) ſe talẽ oĩbus illuſtrare, qualis ſit. Vt fucata & cõficta mulier grata eſſe non põt, ita etiã illa quӕ coloris bonitatẽ uenuſtatẽq; occultat, in uitio eſſe conſueuit. Quod ſi omni in re conſiderandũ eſt, eo magis in amicitia, quӕ eſſe certe nullo pacto queat, niſi omni ex parte pateat, perſpicuaq; ſit. Egiſti igitur pro officio, ꝙ te proximis literis non ſolũ in cute (ut aiunt) ſed intus quoq; ita mihi te cognitũ reddideris, ut ea q̃ oculis cernũtur. Delectat me ſane ingeniũ tuũ, delectat oratio, placet eruditio, ꝑiucũda eſt humanitas. Q đ me uero ita laudas, ita obſeruas, ita exuberãtẽ quandã dilectionis erga me tuӕ, amoriſq; abũdantiã prӕ ſe fert. Et q̃q̃ nõ iſta mihi eſt de me opinio, quã tibi eſſe ani

maduerto,

maduerto, nõ tñ moleſte tuli ita abs te ſentiri, quo ſis in amã do alacrior. Ego aũt illud tibi unũ polliceor, oĩa me tua cauſa pſtiturũ, quæ tibi uel cõmodo, uel iucũditati fore cognoro. Non enim potes mihi nõ eſſe chariſſimus, qui & doctus ſis, & diſertus, & bonus, mei amantiſſimus. Vale. Ex Mediolano, Calen. Septembribus. M. cccc. liiij.

Franciſcus Philel. Petro Nucetano. S.

Amico gratias agit pro beneficijs, & libros illi mittit.

ME indies magis atq magis tibi obſtringis plurimis tuis ac maximis beneficijs. Itaq tantũ me tibi debere fateor, quãtũ ab me diſſolui poſſe deſperẽ. Quod aũt uolũtate poſſum, id certe ita libenter facio, ut uix aliud quicquã magis. Quare cum animaduerterem te mea literaria & ingenij monumenta delectare conſueſſe, duos codices ad te dedi, quos a filio Xenophonte coram accipies, ab eodẽq intelliges, quibus in rebus tuo officio uti uelim. Tu ſi qd eſt quod mea opera tibi pſtare poſſit, id totum in tua eſſe poteſtate poſitum exiſtimato. Vale. Ex Mediolano, Nonis Nouemb. M. cccc. liiij.

Fran. Phil. Nicolao quinto Summo pontifici. S.

Petit quippiam a Summo Pontifice.

QVid in cauſa fuerit, q ſerius ad tuã beatitudinẽ uel ſcripſerim, uel miſerim, e filio Xenophõte coram accipies, ſimulq cognoſces quæ mea mens ſit, & quid conſilij cœperim. Tuæ autem manſuetudinis, benignitatiſq fuerit id præſtare, quod a me fidentius fortaſſe q̃ par ſit, uerum beniuolẽtiſſimo in te animo, pientiſſimoq petitur. Vale pater beatiſſime. Ex Mediolano, Nonis Nouembribus. M. cccc. liiij.

Franciſcus Philel. Dñico Cardinali Firmano. S.

Operam petit Cardinalis.

EO maiore cũ fiducia tuis beneficijs uſurus adue nio, quo te iã plur is annos beneficẽtiſſimo uſus ſum. Nã uel a Bononienſi uſq; legatione tãtam mihi beniuolentiã oſtendiſti, ut nihil eſſe arbi trer nec magnũ, nec paruũ, quod mea cauſa facturus nõ ſis, pſertim cum eum me eſſe cognoris, apud quẽ nullum ſit in termoriturũ officium. Nam quã referre parem gratiam ne queã, eam habere q̃maximã & uelim & ſoleã. Quid autem abs te cupiam, Xenophon filius tibi coram tempeſtiue decla rabit. Vale pater clementiſſime. Ex Mediolano, Nonis No uemb. M. cccc. liiij.

Franciſcus Philel. Matthæo Ioanni. S.

Gratum ſe oſtendit.

CVm mitterẽ Xenophonta filium ad Alphon ſum regẽ, tu mihi unus uel in primis occurre bas, cuius mihi recordatio iucundiſſima ſit. Non enim obliuiſci poſſum, q̃ mihi ſingula rem beniuolentiam præſtitiſti, cum anno ſuperiore in regijs caſtris tua & opera, & officio uſus ſum. Itaq; niſi te uehe menter diligã, ingratus ſim, qui haberi gratiſſimus non cu pio ſolũ, ſed etiam ſtudeo. Vellem admodũ libenter, aliqua mihi offerretur occaſio tibi gratiæ referendæ, quã tñ ita ha beo, ut maior haberi cuiq̃ haud queat. Quare tuũ ſit, & me, & meis rebus omnibus non ſecus uti, q̃ tu tuis. Quod ſi fece ris, magna me afficies uoluptate. Nam ego tua uti opera, & ſtudio nunq̃ deſiſtam. Cætera tu e Xenophonte coram acci pies. Vale. Ex Mediolano, Nonis Nouẽbribus. M. cccc. liiij.

Franciſcus Phil. Petro Nucetano Apoſtolico Secretario. S.

Literas mittit filio reddendas.

ET ſi Xenophonti filio hinc abeunti mandaui omnia diligenter, quæ ab eo fieri uellem, tñ non eſſe ab re duxi, ut iterum literis admoneretur. Itaq; rogo te, cum primum iſtuc peruenerit, eumq; uideris, (nam continuo te adibit) literas hiſce introcluſas, eidem reddendas cures. Reliqua tu coram ex eo accipies. Vale, & me Sanctiſſimo domino noſtro commenda. Ex Mediolano. iij. Idus Nouembres. M. cccc. liiij.

Franciſcus Philel. Blaſio Axeretenſi. S.

Hortatur amicum ad uiciſſitudinem literarum.

NEſcio ſane uter noſtrũ magis ſit accuſandus, ego ne qui iamdiu nihil ad te literarum dederim, an tu qui ne noſtri quidẽ memineris. Nã ego de te tuaq; ſalute quæſiui ſępenumero uel ex tuis, id qđ tibi nunciatum eſſe non ſum neſcius. At nemo iſtinc uenit, ex quo potuerim ĩtelligere, an de me un q̃, noſtraq; amicitia mentionem feceris. Verum iccirco ignoſco tibi, ꝙ acceperim te totũ eſſe amori deditũ, quẽ nec cæcum eſſe patiaris, te plurimũ rogo. Sed utcunq; res habet, poſteaq̃ ipſe glaciẽ fregi (ut aiunt) tui officij fuerit, ut itineri te accingas, ut mutuis literis una ſimus, unaq; aſſidue colloquamur, mutuisq; inter nos officijs contendamus, quibus æque uincere, atque uinci perpulchrum eſt. Vale. Ex Mediolano, Calen. Ianuarijs. M. cccc. lv.

Franciſcus Philel. Nicolao Didoni medico. S.

Codicem Alberti magni petit.

Ccepi a nõnullis tibi eſſe illud Alberti Magni opus, quod de angelis inſcribitur, Id qm̃ laudari uideo a uiris doctis, & ſapiẽtibus uidere plurimum cupio. Nec ſum ueritus abs te petere, ut huic meo deſyderio ipſe opituleris, uel uenu, uel cõmodato. Nã ſi qua tibi in re opus eſſet officio meo, nihil a me fruſtra peteres. Propediem Xenophon filius Neapoli ad nos rediẽs iſtac iter facturus eſt, cui uelim uel iſtiuſmodi codicẽ ad me des, uel literas, quibus intelligam quid facto ſit opus. Vale. Ex Mediolano.iij.Idus Februarias. M. cccc. lv.

Franciſcus Philel. Ænico Dauolo. S.

Filij cauſas expediri rogat.

It ne adhuc Neapoli Xenophon filius, an minus ſit, nihil habeo certi. Illud mihi plane certius oĩ re certiſſima, me tibi eſſe chariſſimum, & ne id quidẽ iniuria. Nõ enim es neſcius quãtus eſt erga te amor meus, quæ fides, quæ obſeruantia. Itaq; mea oĩa tibi maximæ curæ eſſe certe ſcio. Qđ ſi forte acciderit, ut nõdũ Xenophon Neapoli abierit ob occupationes uel tuas, uel regias, cura obſecro, ne diutius tẽpus terat. Vereor enim fore, ut iter minus ſit tutũ habiturus, ſi longiorem moram apud uos gerit. Nam comes Iacobus Peruſinus prope diem in Flaminiam, Picenumq; profecturus cum exercitu perhibetur. Præterea quid ego facturus ſim neſcio, niſi rem omnem meã ex filio ante cognoro. Reliqua tu pro tua prudentia non difficile conſyderare queas. Vale. Ex Mediolano.vij.Calen. Martias. M.cccc. lv.

Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.

Reddi petit filio literas, ut properet domũ.

Poſteaq̃

POſteaq̃ hinc abieras, mihi redditæ ſunt literæ a Xenophōte filio. Itaq; mihi uſui eſt, ut his mētē meā, q̃primum ſentiat. Nam ſi ſecus fiat, diuturniorē morā cum Neapolitanis uidetur eſſe factu rus. Itaq; mihi facies rem pergratam, ſi operam dederis, ut meas haſce literas propediē filius accipiat. Vtere diligētia, & fide qua ſoles, in Philelphum tuū. Præterea quæ Florentiæ abs te curatum iri uolebam, ut perficias, rogo. Vale. Ex Mediolano, pridie Calen. Martias. M. cccc. lv.

Franciſcus Philel. Alberto Zancario. S.

Recte ſe conſuluiſſe dicit.

REſpondi proximis diebus ad ea que mihi ſcripſeras ex publico decreto. Tibiq; diligenter aperui ſnīam animi mei, in quam ipſam ſi a uobis quoq; itum fuerit, habebūt oīa recte. Reliquum eſt, ne differas, ſed q̃primū ad me literas des, quibus fiam certior de re omni quā noſtra intereſſe iudicabis. Vale. Ex Mediolano, pridie Calen. Iulias. M. cccc. lv.

Fran. Phil. Guilielmo Vrſino Franciæ Cācellario. S.

Deſyderat literas amici, & libros illi mittit.

EXiſtimo fieri aut nūciorū negligētia, aut ēt fortaſſis occupationibus tuis, ut literæ tuæ uel mihi nō reddātur, uel non eant ad me. Nā me tibi humaniſſimo uiro eſſe chariſſimū, non ſum neſcius. Cæterū uelim ſcias in eadē me eſſe ſnīa, quā antea ad te ſcripſi. Qua de re eruditiſſimus p̄hs, ac medicus Thomas Coronenſis tecum uerba faciet. Ad hæc dedi ad te Ioanni Coſſæ uiro nobiliſſimo opus meum ſatyricū, ſatis emēdatū, & ſi minus eleganti codice perſcriptum. Malui tñ aliquid

ad te dare, q̃ pati, ut uir utriq; noſtrum amiciſſimus, monimentis meis omnino uacuus ad te iret. Nam aliud quicquam per id temporis nihil mihi erat in manu. Vale. Ex Mediolano. xiiij. Calen. Auguſtas. M. cccc. lv.

Franciſcus Philel. Ioanni Mario filio. S.

Hortatur filium ad bonas artes.

PLacuit carmen tuum, placuit epiſtola. Quæq; ſcripſiſti, oĩa me plurimum delectarũt. Quibus aũt honoribus te florentiſſimus Sabbaudiæ dux ornarit, illis te facito dignũ præſtes. Quod ita maxime conſequeris, ſi cum doctrinã, tum non minus diligentiã ingenij bonitati adhibueris. Videre enim in te filium uideor (quod Stoicis placet) nõ ingenij minus q̃ corporis uim quãdam a patre emanaſſe. Sed ea uis oĩs audiendo, legendo, meditando, docendo, diſſerendo, ſcribẽdo excitatur, alitur, augeſcit. Itaq; nolim, induſtria diligentiaq; minus q̃ cæteris uel naturæ, uel diſciplinæ præſtantijs fretus eſſe, perpolitusq; iudiceris. Reliqua oĩa quæ petiſti per literas, curabo tẽpeſtiue. Nam ad ea cõtinuo præſtanda tẽpus mihi nõ fuit. Sed cũ Xenophon filius iſtuc ierit, id quod propediẽ eſt futurũ, morẽ geram tuo deſyderio. Amicus tuus, uel noſter potius, uir nobilis Ariſminus noſtro officio uti uoluit: Vale cũ uxore, & filijs. Ex Mediolano. iij. Nonas Augu. M. cccc. lv.

Franciſcus Philel. Lucino Genuenſi iuriſconſulto. S.

Gratificatur amico duplici ratione.

ACcepi ex literis Ioannis Marij filij, cum eximiã tuã erga ſe multis in rebus benignitatẽ, tum ſingularẽ beniuolentiã erga me. Quo quidẽ duplici liberalitatis genere facile admoneor, ut te nõ

diligam ſolum, ſed etiã maiorẽ in modum amem. Quod eo facio libentius, quo eum te uirũ eſſe intelligo, qui & ciuili ſapientia, & bonarum artiũ diſciplina, ingentiq́ uirtute talis tãtusq́ ſis, ut a probatiſſimis oĩbus, optimisq́ uiris iure obſeruandus, colẽdusq́ iudiceris. Itaq́ nõ modo ꝗ in me amãdo, in filioq́ mihi dilectiſſimo amplificando officioſiſſimum te præſtiteris, atq́ præſtes, es mihi inter amiciſſimos habendus, ſed etiã ꝗ is ſis, quẽ uel nullo prouocati beneficio boni & docti oẽs debeãt oĩ beniuolẽtia proſequi. Habe igitur me in tuis, meq́ utere pro uolũtate tua, Nũquã te tua de me fallet opinio. Vale. Ex Mediol. xiiij. Calẽ. Septẽ. M. cccc. lv.

Franciſcus Philel. Auguſtino Dato. S.

Cauſam cur non reſcripſerit narrat. Deinde laudat amicum de eloquentia.

NOlim tibi perſuadeas ulla mea uel negligentiæ, uel tui obliuione factũ eſſe, quo minus ad tuas unas ſupioris literas tibi rñderim. Nam ut ſcire longo iam uſu potuiſti, nec me omni etiã in re diligentior eſt quiſq̃, nec tui obliuiſci queam, ab quo me norim non ſecus amari obſeruariq́, q̃ ſi eſſes filius. Sed meæ mihi occupationes huic dulci, pioq́ officio fuerunt impedimẽto, quibus ipſis & ſi ne nunc quidem ſum uacuus, malui tamen uel paucis ad te rñdere, q̃ perſtare diuturniore ſilẽtio, ut iure uideri poſſem obiurgandus abs te. Delectarunt me uehemẽter tuæ literæ, quippe quæ teſtes locupletiſſimæ ſint non minus præſtantiſſimi tui ingenij, q̃ ſummæ erga me pietatis. Placet eruditio, placet orationis nitor, in primisq́ tua modeſtia, et humanitas. Perge igitur. ut cœpiſti, quo tum beniuolẽtia tua te indies magis magisq́ di

ligamus,tum priſtinæ noſtræ doctrinæ fructus ex tuis diſer tiſſimis monimentis quotidie capiamus uberioris. Vale. Ex Mediolano.iij.Idus Septẽbres. M. cccc. lv.

Franciſcus Philel.Bartholomeæ Scalæ. S.

Negocium nondum perfectum dicit.

SCripſi ad te breuius, q̃ & ipſe uelles, & mihi opus eſſet. Sed non multo poſt cũ q̄d plus ocij nactus fuero,tibi ſimul mihiq̧ faciam ſatis.De re uermia q̄d ſcire cupis,totũ eſt in expectatio ne.Amicus enim ille, q̨ eo loci ipſe profectus eſt,nondum re dijt Mediolanũ.Aiunt tñ ad triduũ rediturũ. Cum primum reuerterit,oĩa cognoſces.Tu interim uale, & nos ama. Ex Mediolano.iij.Nonas Octobres. M. cccc. lv.

Fran.Phil.Stephano Cornelio Regio Secretario.

Libros abſolutos eſſe dicit;epiſtolas alijs reddẽdas mit tit,ac de futuri temporis qualitate inquirit.

LIbelli tui iampridẽ ſunt abſoluti. Itaq̧ eos habe bis,cũ uoles.Verum ne diutius differas,moneo. Librarius enim leuiuſculus eſt, planeq̧ moro ſus.Cũ hiſce ternas literas ad te dedi, quarum unæ Ioãni Coſſæ reddẽdæ ſunt,idq̧.q̃primũ,alteræ Guiliel mo Franciæ Cãcellario, Tertiæ Thomæ Græco Caroli re gis medico.Nihil es mihi facturus hoc tpe gratius, q̃ ſi ope rã dederis,ut hæ oẽs literæ & q̃celerrime,& q̃diligentiſſi me reddantur.Si quid autẽ epiſtolarũ ad me dederis,cui cõ mendes,etiã atq̧ etiã cogita. Nolo enim res meas diuulgari, hoc præſertim tẽpore quod nõ omnino caret ſuſpitione.Sci re ex te cupio,quid futurũ putes,bellũ ne,an pacẽ.Hoc uero iccirco a me quæritur,qm̃ inſtitui in Hiſpaniam breui profi

riſti ad Apoſtoli Iacobi tēplum, uoti ſoluendi gratia. Vale. Ex Mediolano, Idibus Nouēbribus. M. cccc. lv.

Fran. Phil. Guilielmo Vrſino Franciæ Cancellario. S.

Opera ſua mittit amico, a quo & literas petit, & fauorem in tabellarium.

CVm Manuel Iacob noſtri huius Principis noīe ad Chriſtianiſſimū regem Carolū iter faceret, idoneus nuncius uiſus eſt, cui meos libros de exilio darem ad te dono. Nam iampridem ſum ex multis certior factus, te affici horum deſyderio. Eſt etiā cum his & lōgior quædā ad regē aduerſus infideles epiſtola, & carmen quoddā item longiuſculum. Si tibi morē geſſero, res erit mihi pergrata. Abs te autem duo ſunt, quæ petam. Vnū, ut tuas literas ad me des, et quidem talis qualis maxime expecto. Alterum, ut Manuelem hunc, quantum ſcilicet ad expectationem eius attinet, ita tractes, ut intelligat meas ſibi commendationes fuiſſe non inutiles. Vale. Ex Mediolano. x. Calen. Decembres. M. cccc. lv.

Frā. Phil. Thomæ Coronæo philoſopho, ac medico. S.

Literas ſibi non eſſe redditas dicit.

NIcolaus Trachaniotes, et Alexāder Cananus a uobis in Italiā redeūtes, cū Mediolanū uiſendi mei gratia diuertiſſent, me tuo noīe mouerūt, dediſſe te literas ad me, quibus fierem oīde re certior, quā mea intereſſe putauiſſes. Itaq; uolui ne eſſes neſcius nullas mihi redditas eſſe tuas literas. Quare ſi me amas, quod certo facis, facito, ut intelligā quid agendum ſit. Vale. Ex Mediola. pridie Calē. Ianuarias. M. cccc. lv.

Franciſcus Philel. Ioanni Andreæ Abbati. S.

Oſtendit amico quid ſperandum, quidue uitandum ſit.

ET ſi nudiuſquartus literas dedi ad te alteras de re tua, tñ quia interdũ nũcij ſunt uel negli-gẽtes, uel tardiores, repetam paucis, quæ antea ſcripſerã. Negocium tuũ apud Principẽ, et forti, & firma, & tota acie ſum aggreſſus. Putoq; nobis ex ſentẽtia noſtra ſucceſſurũ. Tu aũt iſtic cura, ut item literæ apoſtolicæ eant ad Principẽ, & aliæ quoq; a Iacobo noſtro Calcaterra diſertiſſimo iureſcõſulto, & cũ hiſce etiã tuæ ſub-miſſæ, perhumanæ, & ſupplices. Quas oĩs mihi primo reddi uolo, ne ſi forte alij fuerint redditæ, aut nihil referatur ad Principẽ, aut ſecus q̃ opus ſit. Dabisq; operam, ne collati beneficij literæ emanent in cõpetitorẽ tuum. Hæc ſi feceris, te omni ſollicitudine molleſtiaq; ſoluam. Rem paucis tenes. Vigila. Si Nicodemus Trãchedinus iſtuc aduenerit, eum uelim meo noĩe horteris, ne literarũ mearum, quas cupio a ſummo Põtifice cõfirmari, obliuiſcatur. Tuq; ſi opus fuerit, rẽ ad-iuua. Vale. Ex Mediol. pridie Idus Februarias. M. cccc. lvi.

Franciſcus Philel. Petro Perleoni. S.

Promittit officium ſuum.

FAciam quod petis, & libẽter, & cito. Neq; erunt ullæ tãtæ meæ occupationes, q̃bus ab officio impediar. Tu interea tp̃is bono ſis animo. Et Vale. Ex Mediolano. xi. Calen. Martias. M. cccc. lvi.

Franciſcus Philel. Gregorio Typherino. S.

Promittit pluribus uerbis officiũ ſuum.

COmmendatio tua de Laurentio Veneto, erit mihi loco alieni conflati æris. Nam nõ aliter ei oĩbus in rebus ſum affuturus, ac ſi eſſet filius. Quod nõ ſo

lum tua cauſa ſum facturus,id quod maximum habet apud me pondus,uerũetiã mea,qui maximo ſim abs te dono affe‑ctus,cum eum mihi cõmendaris,qui dignus eſt, ut & diligatur,& ametur ab omnibus.Itaq; noli de me quicq̃ dubitare. Nam nihil eſt quod malim , q̃ tibi morem gerere. Vale. Ex Mediolano.xi.Calen.Martias. M. cccc. lvi.

Franciſcus Philelphus Ænico Dauolo. S.

Gratũ ſe eſſe dicit de beneficijs acceptis.

DE uolũtate Alphõſi regis erga me,& de ſtudio diligẽtiaq; tua,non cõiecturis,& argumẽtis firmiſſimis ſolũ,ſed multis etiã beneficijs iamprídem certior factus ſum.Itaq; tibi uelim indubitato perſuadeas,nihil eſſe apud me antiquus gratitudine.Et ne lõgior ſim tecũ q̃ par eſt,propediẽ,ut ſpero,obſequar uolũtati cõſilioq; tuo.Vale. Et maieſtati regiæ me q̃diligentiſſime cõmenda. Ex Mediolano.xi.Calen.Martias.M.cccc. lvi.

Franciſcus Philel. Antonio Becchariæ. S.

Arguit quẽdam furti,& librũ repetit.

MOnui te ante ſemel,& iterũ per literas,ut Plutarchi paralella,quæ hinc abiens tecũ aſportaſti me inſcio,mihi curares reddẽda deniq;. Tu uero neq; das codicẽ,neq; literas.Itaq; non poſſum fidẽ boni uiri non deſyderare in te.Non enim facis, ut te decet. Quid enim aliud fuit aſportare clam illiuſmodi meũ codicẽ me nõ modo inuito,ſed totius tuæ abitionis inſcio,q̃ uel rape,uel furari? Quo enim debeo alio uerbo uti, cũ nihil oĩno rñdes? Itaq; te etiã atq; etiã hortor,ac moneo, ne mihi moueas bilem.Sed cura,ut meus codex q̃primum ad me redeat.Vale.Ex Medio.xi.Calen.Martias. M. cccc. lvi.

Franciſcus Philel. Auguſtino Dato. S.

Silentium excuſat.

MIror quid in cauſa ſit, ꝙ ſæpe meis literis pro-uocatus, nihil omnino in hanc diem r̃nderis, cũ non tacendi a nobis, ſed dicendi artem didiceris. Nec enim puto te uſqueadeo occupationibus obrutum, ut nihil omnino tibi detur ocij ad officium. Quid abs te uelim, & quid te deceat, non es neſcius. Vale. Ex Me*diolano. xi. Calen. Martias.* M. cccc. *lvi.*

Franciſcus Philelphus Lodouico Caſellæ. S.

Dotẽ filij petit ſibi impetrari a Principe.

NIſi tua mihi beniuolentia iampridem certiſſimis documentis perſpecta eſſet, uterer fortaſſis accuratiore oratione. Sed uix eſt quicq̃ magis alienum ab amicitiæ diffidẽtia. Quare cum liquido intelligam te eſſe percupidũ meorum cõmodorum, in re præſertim & honeſta & pia, utar & breui tecum & aperta dictione. Permulta *mihi incõmoda ſunt, ſed unum ſane omniũ moleſtiſſimum, ꝙ grandiuſcula mihi eſt filia, & ea quidem moribus modeſtiſſimis.* Vnde *hanc tradam uiro, mihi ſatis non eſt. Deſunt enim ad dotẽ aurei ducenti.* Rogo *te, id meo nomine nuncies duci* Borſio*, cũq; tua illa ſuaui eloquentia, qua duriſſimos etiam lapides ſoles demollire, nõ ores modo, ſed exores, ne patiatur me diutius huiuſmodi angi incõmodo.* Haud *enim dubito, qua facilitate ac munificentia eſt nobiliſſimus iſte* Princeps*, non inuitus opem tempeſtiue feret huic tantæ meæ neceſſitati.* Tibi *uero habeo gratias immortalis.* Tecum *longior eſſe nolo.* Nec *enim oportet, cum & natura ſis humaniſſimus, & mei amantiſſimus.* Vale. Ex Me-

diolano.xi.Calen.Martias. M. cccc. lvi.

Franciſcus Philel.Nicodemo Tranchedino. S.

Pecunia ut ſibi ſoluatur petit.

*Dedi literas heri ad te Pigello negociatori Coſmiano,quibus fiebas certior,nihil eſſe ſperandū de exigenda pecunia,quam Petro Paulo illi tuo credidiſſes. Pugnat enim cum inopia. Itaq; quo magis eget nūmis,eo uerborū plus habet. At uerba emere,uēdenti uerba non expedit.Proinde ſi me amas,quod certe facis,cura ut ea mihi pecunia ſoluatur hic a Pigello,uel cum aliquo meo detrimēto,ut mēſariorū mos eſt, hoc eſt,ut iſtic nomine meo plus des,& hic mihi reddatur minus. Nā malo huiuſmodi ſubire detrimenti genus, q̄ incōmodari diutius. Rem matura,& uale.Illuſtrem meum Mecœnatem Carolum Gonzagā magno & excelſo animo uirum ſaluere plurimum opto.*Ex Mediolano.*viij.Calen.Martias. M. cccc. lvi.*

Franciſcus Philel.Lodouico Caſellæ. S.

Promittit obſequium ſuum.

*INtelligo indies magis id qđ certe dubitaui nunquā,me tibi eſſe chariſſimū.Itaq; tibi uelim omnino p̄ſuadeas,eum eſſe Philelphū tuum,quo de tibi poſſis oīa polliceri,q̄ uel grati animi ſunt, uel ingenui.*Vale. Ex Mediola.*v.Idus Martias.*M. cccc.lvi.

Franci.Phil.Petro Thomaſio philoſopho, medicoq;. S.

Literas annexas reddi petit amico.

REm mihi facturus es admodum gratam,in primiſq; p̄iucūdā, ſi literas hiſce tuis adnexas reddi curaueris Carolo Gonzagæ,& q̄celerrime, & q̄diligētiſſime.Quod ut facias te maiorē in

modum rogo. Præterea ſi quid noui habeas de Turcis,rebusq; orientalibus ,fac ut ſciam.Vale. Ex Mediolano, *pridie Idus* Martias. M. *cccc. lvi.*

Franciſcus Philel. Franciſco Aleardo. S.

Arguit amicũ,ꝙ libros nõ reddiderit.

GAlbæ *Otthonisq; Cæſarum uitas,quas e Græcis latinas reddideram promiſiſti hinc abiens fore, ut ante menſem reddendas mihi curares. At iam præterijt totus annus, cum neque illæ, nec literæ tuæ ullæ uſquã apparẽt.*Bonum *aũt uirum te,eũdẽq; nobis amicũ eſſe arbitror. Itaque non poſſum equidem non mirari,quid in cauſa fuerit,ut tãdiu & mihi,& amicis pluribus,qui iſtiuſmodi uitas uidere deſyderant,& incõmodaris,& incõmodes.*Niſi *fortaſſis alij quidã ſunt apud uos* Veronẽſes, *q̃ apud reliquam* Italiã *menſes,nam ſicut mẽſis apud Ægyptios anni loco ducebatur,ita apud uos annus pro mẽſe habeatur, rediſſe iam tãdẽ ad me debuerãt* libelli *mei.Vale.*Ex Mediol.Nonis A*prilibus*. M. *cccc. lvi.*

*Fran.Phil.*Petro *Thomaſio philoſopho,ac medico.* S.

Gratulatur amico,qui ex ægritudine cõualuit, hortaturq; ut curet ualitudinem ſuam.

N*On prius mihi quicq̃ de tua amiſſa ualitudine eſt renunciatũ,q̃ de recuperata ex tuis literis intellexi.* Nullis *certe occupationibus meis eſſet intermiſſa dulciſſima noſtra cõſuetudo ſcribendi, ſi quid mihi antea fuiſſet de tua ægrotatione auditũ.Qua eſſe te liberatum,ita lætor, ita gaudeo,ut alia de re nulla magis poſſim.*R*eliquũ eſt,omnem curam,diligentiamq; adhibeas,quo te poſſimus q̃diutiſſime frui.*

frui. Quod ut facias te per amicitiā noſtrā rogo etiā atque etiam. Ego carminū opus hoc tēpore ſum editurus, id quod regis Francorum Caroli dicaui nomini. Tu uelim literas meas tuis hiſce incluſas, q̄ celerrime, & q̄ accuratiſſime reddi cures Mecœnati meo Carolo Gonzagæ. Vale. Ex Mediolano, Idibus Aprilibus. M. cccc. lvi.

Franciſcus Philel. Fazino Forobronunciano. S.

Cām ſilētij reddit, & aliqua ſibi excribi petit.

QVod poſteaq̄ aſparagos ad me dederas, nihil ad te ſcripſerim, aliud q̄d putas fuiſſe in cā, q̄ expectaſſe me, ut quod lautiſſime cœperas, ſecūdares. Id q̄m iam plane aīaduerto nequaquā abs te factū iri, cogitaui excitandū te eſſe, ut ſi uel hac uia munificentior reddi poſſes. Sed interea loci maiorē in modū a te peto, ut Spartiani, ac reliquorum ſcriptorum, quos iſtic eſſe audio, uitas impatorias mihi omnino excribi cures. Vale. Ex Mediolano. x. Calen. Iunias. M. cccc. lvi.

Fran. Phil. Petro Thomaſio philoſopho, ac medico. S.

Accuſat quendam, ꝙ rem interuerterit.

Item de Turco mentionem facit.

AMicus ille tuus nec orationē mihi tuam oſtendit, nec epiſtolā, iccirco ut arbitror, ꝙ oīa uerterit in ſuum uſum. Ita eſt enim mos hominis, quippe qui diſertus haberi cupiens, alienis ſe ueſtibus non inuitus ornat, graculum ſcilicet imitatus, quem aquilæ pēnis qnꝙ indutū fabulātur. Quare cum tua legi uis, tibi poſthac prudentius conſule. Non enim recte cibus eſurienti cōmittitur. Quid apud uos noui feratur de Turco Mahometo, deſydero audire, ociatur ne, an ne

gociatur, & ubi ſit gẽtium, nam certi nihil ad nos refertur, quanq̃ ſunt qui cum in Triballos cũ maximo robuſtiſſimoq; exercitu, ad quingenta hominũ millia, proceſſiſſe, affirment, aduerſus Spendorobũ, quod eſt munitiſſimum oppidum ad Danubiũ poſitũ e regione Vngariæ. Nos dormimus, ac Turci uigilant. Vale. Ex Mediolano. Nonis Iunijs. M. cccc. lvi.

Franciſcus Philel. Porcellio. S.

Commodata repetit.

VErborum exercitatio peritiſſimoq; artifici uerbis opus nõ eſt, p̃ſertim ei q̃ nõ latinã ſolũ, ſed etiam græcã ſapit calliditatẽ. Itaq; rogo te, ut libentiſſime tibi commodata fide bona, reſtituas. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris. iij. Calen. Decembres. M. cccc. lvi.

Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Doctrinam cum bonitate coniunctam eſſe debere.

DE Mãtuano epiſcopo quæ ſcripſiſti, legi perlibẽter, & ſi nihil certi ſignificaſti. Audio iſtum antiſtitẽ & doctũ eſſe, & bonũ uirum. Equidẽ neq; bonitatem cuiuſq̃ facio multi, ubi is caret doctrina, neq; doctrinã in p̃cio eſſe habendã reor, quæ bonitate ſit nuda. Tu ſatis potes aĩaduertere quæ mea ſit mens, quæ uolũtas. Itaq; etiã atq; etiam caue, ne quid agas temere. Odorare oĩa diligenter, nec ſinas te falli. Satis es admonitus. Vale. Ex Mediolano, Calen. Decẽbribus. M. cccc. lvi.

Franciſcus Philel. Lodouico Cunij comiti. S.

Amicum orat, ut filio bene conſulat.

XEnophon filius cupit peregrinari, id quod ei fauſtum, fortunatũq; ſit, uehemẽter opto. Rem mihi feceris gratiſſimã, ſi quo t̃p̃e Mantuæ fueris, inquires omnia diligenter,

ter,ut intelligas quo iter incedit. Eumq́ accerſias ad te per-ſæpe,ac moneas,quæ ei conductura exiſtimaueris. Nam neſcio quo natus aſtro,quædã appetit ſupra uires. Compeſcendus eſt eius impetus,ne ſeſe præcipitẽ dedat. Probo eſt ingenio,& compoſitis moribus, ſed quiddam habet neſcio quid, longe ſe altius. Tenes quid uelim. Vale. Ex Mediolano, Calen. Decembribus. M. cccc. lvi.

Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Librarium ad ſe mitti iubet.

SV perioribus diebus Bartholomæo Platynẽſi Mantuã repetẽti literas ad te dedi, quibus ad ea oĩa rñdi, q̃ ternis antea literis mihi ſcripſeras. Nũc aliud nihil erat, qđ ſcribẽdũ eſſe oporteret, niſi ut Patauinum librariũ ire ad me cures, quẽ tractabo non humaniter ſolũ, uerũ etiã liberaliter, ſi quidẽ talem experiar, qualẽ prædicas. Tuã iſtic moram non poſſem non probare, ſi quid certi audirẽ tibi conſtitutum. Nam ſpem præcio emere ſtultũ eſt. Tu tamen facito, ne quis te leuitatis accuſare iure queat. Vale. Ex Mediol. iij. Nonas Decẽbres. M. cccc. lvi.

Fran. Phil. Blaſio Ghiglino Abbati diui Ambroſij. S.

Minatur cuidam, niſi libros reddat.

AButeris Blaſi Ghigline facilitate modeſtiaque mea. Et facis tu quidem minime liberaliter, qui & orationes meas, & libellũ, quem de uita & moribus illius ſanctiſſimi patris, ac ſapientiſſimi uiri, pientiſſimiq́ Pontificis Nicolai quinti nuper ſcripſeram, repetenti mihi tam ſæpe reddere uel neglexeris, uel nolueris. Itaque dico tibi, niſi ante Chriſtianam reſurrectionẽ hæc oĩa mihi reſtitueris, oĩno fore, ut facilitatis poſt-

*meæ & uſitatæ nimis in te modeſtiæ ita oblitum ſentias,ut neq; me unq̃ uelis,nec aliũ quenq̃ fallere.*Nam *dabo operam, ut de laudatiſſima tua iſta cõſuetudine,moribusq; grauiſſimis,nulla unq̃ ætas,nulli populi conticeſcant.*Vale.Ex Mediolano.ix.*Calen.Martias.* M. cccc. *lvij.*

Franciſcus Philel.Ottboni Carreto iureconſulto. S.

Literas alteri reddendas mittit.

QVi diui Ambroſij monaſterio Mediolani abbas præeſt,quædã opuſcula mea iampridẽ accepit cõmodato. Hæc dum repeto,dat homo ſimplex ac minime uerſutus uerba ſemper.Itaq; inſtitui bello rem decernere,poſteaq̃ iure non licet.Sed anteaquã in aciem deſcendo dimicaturus,duxi hominem admonendum. Quare te rogo,ut meas literas, quas hiſce occluſas,ei reddẽdas cures,meq; facias q̃primũ certiorẽ,malit ne omnino inſanire,an aliquãdo reſipiſcere.Nam niſi Blaſius Ghiglinus ſatisfecerit propediem ſuo muneri,ego utar meo. Vale. Ex Mediolano.ix.Calen. Martias. M. cccc. lvij.

Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Filium admonet,ut ſibi caueat.

ACcepi tuas literas ex Venetijs,quas tuus ille familiaris Veronẽſis mihi reddidit. Laudo tuam iſtuc profectionẽ,modo ſalutis habeas rõnẽ.Audio enĩ iſtic laborari peſtilẽtia. Itaq; rõ tibi habenda eſt ualitudinis.Et uetus mihi eſt,& ſumma amicitia cũ uiro clariſſimo Bernardo Iuſtiniano,Leonardi filio,cui te debes familiarẽ reddere.is enim tibi non parũ prodeſſe poterit,id quod uel ſuo ingenio,uel mea cauſa non inuitus faciet.Marcheſiũ noſtrum bene ualere cupio.Angela ſoror tua

ad

ad Chriſtianam reſurrectionẽ tradetur uiro, cui deſponſata iam eſt. Saluere plurimũ cupio, atq; opto Phœbũ Capellam cancellarium, qui facito, ne te ignoret. Eſt enim & honeſtus uir, et mihi amicus in primis, Itaq; tibi auxilio erit maxime. Vale. Ex Mediolano. v. Calen. Apriles. M. cccc. lvij.

Franciſcus Philel. Paulo Cuſano. S.

Rñdet illi, qui eum laudauerat, & orationes petierat.

D*Elector ingenio, modeſtiaq; tua, qua in ſcribẽdo uteris. Facile enim futurũ ſpero, ut expectationi patris tui uiri grauiſſimi rñdeas, quippe qui in uirũ ſis probum, perdoctũq; euaſurus. Quod autem me tantopere laudaris binis iam literis tuis, id nõ tam uero, q̃ abundãtia quadã amoris erga te mei factum intelligo. Itaque habeo tibi non mediocres gratias. Orationes meæ, quas petis plures, apud me non ſunt. Hoſpitãtur enim apud amicos, aliæ apud alios. Cum primũ domum reuerterint, dabo operam ad te ueniant. Quæ autem domi erant, miſi tibi. Si qd eſt in me aliud, quo tuæ uoluntati gratificaturus ſim, id tibi pro uoluntate adeſſe arbitrare.* Vale. Ex Mediolano. viij. Calen. Apriles. M. cccc. lvij.

Franciſcus Philel. Ioanni medici. S.

Carmina mittit.

Q*Vos reconciliata inter nos gratia carminum libros ultro dare ad te inſtituerã, dedi etiã eos libentius acceptis literis tuis, quibus ſignificabas tibi mea ſcripta eſſe non iniucũda. Nec uolo exiſtimes hucuſq; noſtra munuſcula calcem ſiſtere. Nam prope diem alia ſubnectã. Interim ita me dilige, ut intelligã meam reconciliatã beniuolentiam tibi eſſe non ingratam.* Vale. Ex

Mediolano.iiij.Calen.Maias.M.cccc.lvij.

Franciſcus Philel.Petro medici. S.

Hippocratis libros mittit.

DVos Hippocratis libros,alterũ de flatibus,alterũ de paſſionibus corporis, quos iampridẽ e græco uertimus in latinum, iccirco dedi ad te,ut uel curares,uel tuereris ualitudinẽ tuã. Nã pro recõciliata inter nos gratia te nõ mediocriter diligo,id quod ſane facit,ut tibi cupiã eſſe q̃optime.Lege igitur hoſce libros,& eorũ præceptis utere.Quod ſi feceris, ſicuti pro tua prudentia facturum te certe ſcio, non dubito fore,ut indies melius conualeſcas.Fuit enim Hippocrates uir profecto nõ modo doctus,& eruditus egregie, ſed quod eruditionis eſt proprium,prudentiſſimus,& idem ſi quid ad rem ualet,eloquentiſſimus. Vale. Ex Mediolano. xiij.Calen.Iunias.M.cccc.lvij.

Franci.Phil.Nicolao Canali patritio Veneto. S.

Certior fieri cupit.

QVid abs te uelim,& cuius gratia, ex his intelliges,quæ poſt has literas,uel potius in his literis ſcripta intelligẽs.Feceris autẽ mihi rem admodũ gratam,te autẽ non indignam, ſi me q̃primum feceris de his oĩbus certiorem,quæ ad te ſcripſi.Quod ut facias,te etiam atq; etiã rogo. Vale. Ex Mediolano.xiij.Calen.Iunias.M.cccc.lvij.

Franciſcus Philel.Gabrieli theologo. S.

Arguit uituperantem ſe.

FRater Robertus conterraneus iſte tuus, ſi nulla prouocatus iniuria uel amicum uituperat,quid faciat inimico?

co. Agit autem neque pro iuſtitia, neque pro ſua profeſſio-ne. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris. xiij. Calend. Iulias. M. cccc. lvij.

Franciſcus Philel. Gabrieli theologo. S.

Detractores carpit.

QVod frater Robertus tam ſancte, tamq́ per-humaniter ſeſe purgarit, non poſſum equidē non lætari. Nam quē nulla ipſe prouocaſſem iniuria, non potuiſſem fortaſſis æquo animo conuitium ferre, nulli preſertim culpæ obno-xius. Pereant igitur qui maledicta falſo renunciant, ut ſunt homines maledici, ac perfidi. Vale. Mediolani ex ædibus no-ſtris. xiij. Calen. Iulias. M. cccc. lvij.

Franciſcus Philel. Bartholomæo Ricinatenſi Regio Secretario, atq́ oratori. S.

Operam petit amici.

VTor te ſemper, ut uides, familiariter. Quod eo facio libētius, quo ſcio hmōi prouinciā, ut es aīo perhumano, atq́ liberali, tibi eſſe nō ingratam. Itaq́ facito, ut ſoles, oīa mea cauſa diligenter. Vale. Ex Mediolano. iij. Nonas Septēbres. M. cccc. lvij.

Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.

Viciſſitudinem excitat literarum.

NEſcio uter noſtrum magis ſit accuſandus quo-tidiani ſilentij. Nec dubito fore, ut me malis, q̄ ipſum te huiuſmodi culpæ obnoxium exiſtima-ri, quanuis etiam noris ea te non uacare. Vt-cunq́ res tamen habet, iccirco ad te prior ſcripſi, ne poſt-hac ita ſilentium adames, ut priſtinæ tuæ facundie bellū in-

dixiſſe iudiceris. Interim me uelim facias certiorem, & q̃ belle uales, & q̃ noſtri memoriam præ te fers. Ego enim & ualitudine utor proſpera, & benignitate Principis non alacri minus, q̃ larga. Reliqua etiam apud me læta ſunt. Vale. Ex Mediolano.xi.Calen.Octobres. M.cccc. lvij.

Franciſcus Philel. Marioto Tertino. S.

Literas petit amici, & ſuos illi ſucceſſus indicat.

QVam temporum iniquitas non amãdi quidem, ſed ſcribendi fecit intercapedinem, eam tandẽ iucundior hæc dies e medio nobis tolleret, ita ut uel ad mutui amoris cumulum nõ mediocris facta uideatur acceſſio. Nam quando mutui conſpectus nondum facultas datur, mirum me deſyderium tenet tuarum literarum. Quãquam enim de te quotidie percunctanti mihi grati nuncij afferuntur, multa tamen gratiora futura ſint, quæ ex tuis literis quaſi ex teipſo cognoro. Itaq; ſi me amas, ut ſoles, id quod certe facis, da operam, ut q̃primum te de omni tuo ſtatu loquentem audiam. Quod ſi de meis rebus certior fieri ex me uis, ego cum uniuerſa familia bene ualeo, & eo mecum ſe gerit fortuna, quam uocant, humanius ac lætius, quo huic optimo munificentiſſimoq; Principi & charus ſum, & admodum iucundus. Vnde etiam fit, ut annorum acceſſio me ſeneſcere nullo pacto patiatur. Nam & in cute, & intus uiridior ſum, q̃ dudum, cum iſtic agerem iuuenis. Vale, & Franciſcum Beninum compatrem meis uerbis ſaluere plurimum iube. Ex Mediolano.iij.Calen.Nouembres. M.cccc. lvij.

Franciſcus Philel. Gregorio Arrigo iureſconſulto. S.

Orat amicum, ut inquirat de libris.

F Acit uetus ac ſumma amicitia illa noſtra, quam abusq; prope adoleſcentia coniunctiſſime olim uiximus, ut exiſtimem te omnia mea cauſa factu rum. Audiui Ioānem Petrum Lucenſem, quo au ditore primum cum Florentiæ oratoriā philoſophiāq; doce rem, deinde amiciſſimo ſemper uel abſente ſum uſus, proxi ma ætate diem obyſſe, id quo certe, ut debui, tuli moleſtiſſi me. Cupio fieri ex te certior, & quos libros reliquerit, & qua cōditione, hoc eſt uenales ne ſint. Emerem enim aut oīs, aut pleroſq;, pſertim græcos, ſi qui ſcilicet digni ſunt lectio ne noſtra. Fac igitur ſi me amas, ut hāc rem & q̄primū, & q̄diligentiſſime intelligā, hoc erit mihi tam gratum, q̄ quod maxime. Ornatiſſimum equitem auratum Petrum Nucetanū nomine meo ſalute plurima impertias, uelim. Vale. Ex Me diolano. xij. Calen. Decembres. M. cccc. lvij.

Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.
Gaudet triſtem nuncium in lætiorem commutatum.
Item monet ut quēdam hortetur, & excitet.

L Iteræ tuæ fuerunt mihi iucundiſſimæ, cū tua cauſa, quē intellexerim bene ualere cū uniuer ſa familia, tum etiā ob Franciſcum patritiū, quē e mortuo uiuum factum acceperim. Tri ſtis enim de homine amiciſſimo nuncius perlatus ad nos fue rat, cum eſſet qui aſſereret uel ſe pſente ſupplicium eſſe de eo ſumptum. Itaq; indoluerā eius uicē, atq; oēm popularem ſtatum, qui ſine ſeditione eſſe uix unq̄ conſueuit, uehemen tiſſime execrabar. Quāquam Franciſco familiari noſtro ni hil magis arbitror obfuiſſe, q̄ inuidiam, qua uiri & præſtā tes nūquam caruerunt. Lætor igitur plurimū, q; præter opi

nionem ac luctum nobis acciderit. Tibiq́ *habeo ingentes gratias, quod iſtius dignitati ſtudeas.* Id *quod ut aſſidue facias, te etiam atq; etiam maiorem in modum rogo.* Quod *uero de re altera conſilium cœperis, probo & gaudeo.* Miror *autem quid uiro illi in mentem uenerit, ut cum iam ad calcem peruenerit, a decurſo iam olympiæ ſpatio auertatur, atq; uictoriæ palmam renuat.* Num *forſan cum ætate animi quoq; uigor conſenuit?* Verum *tu hebeſcenti iam ſanguini flammas adijce rationis.* Concaleſcet *fortaſſe, prioremq́ uim accenſus reſumet.* Nos *omnes ualemus recte.* Vale *etiam tu, atq; tui omnes, uel noſtri potius.* Patriciumq́ *hortare, ut forti animo, ingentiq; ſit, memineritq; ſapienti nihil obeſſe poſſe, & fortunam omnem uel minima uirtute eſſe inferiorem.* Vale. Ex *Mediolano, Calen. Ianuarias.* M. cccc. *lvij.*

Franciſcus Philelphus Petro Perleoni. S.

Gratulatur amico de proſpero ſucceſſu.
Deinde *monet inuidentiam eſſe contemnendam.*

QVod *ad* V*enetos te receperis, uiros plane optimatis, non ſolum probo, ſed etiam lætor.* Facile *enim futurum ſpero, ut doctrinæ, uirtutiq; tuæ paria pmia referantur, idq; prope diem.* Hi *enim ſunt* V*eneti, ut nunquam ſe beneficio uinci patiantur, ſed officium ſemper officio cumulent, & maximopere promereri ſtudeant.* Gratulor *igitur fœlicitati tuæ, qui in eo ſis loco tandem collocatus, ubi & emolumenta ſis non uulgaria, & laudem item maximam breui aſſecuturus.* Inſtitue *igit (ut cœpiſti) patritios iſtos adoleſcentes non morum minus, q̃ doctrinæ eloquentiæq; præſtantia.* Fœcunda *nactus es, feraciſſimaq; ingenia, quæ quod*

laudis ſemen ecceperint, ad maturam frugem miro incremento ſint productura. Vnde etiam tu hac tanquam diligentiſſimus quidam, fortunatiſſimusq; excultor, cum uberrimos percipies fructus, tum me ingenti afficies uoluptate, qui tuam laudem omnem permagnæ mihi laudi eſſe duco. Nam quod ais de inſectatione inuidentium, id tibi quoq; iucundum eſſe oportet, cum intelligas excellentiam omnem inuidiæ eſſe uult obnoxiam. Nam quid malis? utrum excellere, an excellentiam pati? Itaque animo conſtanti excelſoq; ſis. Tibiq; perſuade, obnixeq; tuere, omnia eſſe uirtute inferiora, cui quo magis inuidetur, eo ſe magis cum gloria addit comitem. Quin tibi opera danda eſt, ita eruditione, et dicendi elegantia ſplendoreq; augeſcas, ut tibi nemo propter aſſequendi deſperationem inuidere audeat. Paribus enim aut aliquanto ſuperioribus inuidetur, præſtantiæ autē nimietas hoc morbo uacat. Vale. Ex Mediolano. iiij. Idus Ianuarias. M. cccc. lviij.

Franciſcus Phil. Nicodemo Tranchedino. S.

Curare rem ſuam petit.

Rem mihi facies nō minus gratā, q̄ neceſſariā, ſi qđ diebus proximis ad te ſcripſi, & q̄primū, & ex ſnīa mea curaueris. Scio quantū prudentia uales, quantū etiā gratia. Itaq; nihil dubito propediem fore, ut cōficiatur qđ cupimus, modo aduigilare uolueris. Tuo autē erga me animo certius habeo nihil. Matura igitur, ſi me amas, & quod uolumus effice. Vale. Ex Mediolano. iiij. Idus Ianuarias. M. cccc. lviij.

Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Filio peregrinari uolenti cōſilia dat.

QVod Vlyſſem imitari inſtitueris, nõ uitupero, modo non naufragus, ſed prudentior ad nos redeas. Præterea uix ullos ſapientia claros legimus, qui Vlyſſis quodã modo æmuli non fuerint, hoc eſt qui ad ſapientiã uendicandam non uarias ac diuerſas orbis terrarum regiones inuiſere ſtuduerint. Vtere ſemper ratione atq; uirtute duce, quod ſi feceris facile ſpero oĩa tibi ſecũda fore. Da q̃ ſæpiſſime ad nos literas, quibus certior fiam de omni tua fortuna, quã tibi fautricẽ ac benignam futurã opto & eam quidẽ fortunam, quæ Dei uolunтate definitur, non hominum ſtultitia. Cura etiã libros q̃plurimos, & q̃optimos tibi compares. qua una ſupellectili nullam ſis pulchriorẽ habiturus, nullam utiliorem. Vale. Ex Mediolano. xiij. Calen. Februarias. M. cccc. lviij.

Franciſcus Philel. Bernardo Iuſtiniano. S.

Animum ſuum per alium aperit.

PEtrus Perleo tibi quædã nomine meo exponet. Quæ quidem ipſa ex animi mei ſententia manant oĩa. Itaq; ut quæ petierit facias, magnopere abs te peto. Vale. Ex Mediolano. viij. Calendas Martias. M. cccc. lviij.

Franciſcus Phil. Antonio Panormitæ. S.

Commendaticiæ literæ.

QVi tibi reddidit literas meas, eſt mihi uetere familiaritate beniuolentiaq; cõiunctus. Hunc tibi unice cõmendatum uolo, quippe qui & doctus eſt, & modeſtiſſimus plane uir, amicitiaq; tua minime indignus. Vale. Ex Mediolano, pridie Calen. Martias. M. cccc. lviij.

Franciſcus Philel.Alberto Parriſio. S.

Hortatur quędam,ut libros reddat.

QVæ amicis communia eſſe debent,ea quenquam iuri ſuo aſcribere,ut nihil habeat cum amico cõmune,non iniuſtum duci nõ poteſt.At uitas Galbæ & Othonis,quas e Græco traduxeram, & tibi poſcẽti cõmodaram in menſem,iam annum ita poſſides, ut quid æquitas,quid officium poſtulet omnino uidearis oblitus.Itaque rogo te,ut memineris eas ad te iſſe commodato, non dono.Proinde facies, ut te decet, ſi curaueris,ut iam tandem ad nos redeant. Albertum meum Zancarium Enochi filium bene ualere opto. Vale. Ex Mediolano. vi. Idus Martias. M. cccc. lviij.

Franciſcus Philel.Iacobo Actiolo. S.

Hortatur amicum,ut meminerit promiſſorum.

MVlta hinc abiens mihi es pollicitus, quorum in hanc diem affeciſti nihil.Itaq; tui eſſe muneris arbitror,ut pro mutua animorũ inter nos charitate aliquid tandem facere incipias.Illudq; in primis, quod a patre tuo uiro chariſſimo tantopere petieram.Quam uereor, ne recentis aliquos amores ad priſtinos addideris, quibus impeditus animus, neque noſtri, neque ſui reminiſcatur.Quod ſi memoriæ uolueris repetere meum in te officium, non modo noſtri non obliuiſcaris, ſed potius q̃primum æs mecum tibi conflatum, diſſoluere incipias.Noſti quid uelim. Vale.Ex Mediolano, Nonis Maijs. M. cccc. lviij.

Franciſcus Philel.Nicodemo Tranchedino. S.

Literas petit.

QVid tibi impedimēto fuerit, quo minus ad meas mihi proximas literas rńderis, neſcio, niſi forſtaſſis reditus obſuerit a Florentia ad Senenſes tuos. Fac igiť, ut q̄primū tuæ mihi literæ reddantur, quæ me faciant omni de re certiorē, quā noſtra putaris intereſſe, in primisq̧, reddideris ne meum proximum carmen Argyropolo noſtro. Nolo obſecro pati, diutius expectem optatiſſimam epiſtolam tuam. Vale. Ex Mediolano. xi. Calen. Iunias. M. cccc. lviij.

Franciſcus Philel. Angelo Actiolo equiti aurato. S.
Promiſſa ut re comprobentur, orat.

ET quid ipſe maxime omniū cupiam, & quantum liceat tibi in tua repub. cū antea ſemper, tū hoc potiſſimum tempore non ſum neſcius. Quare te plurimum rogo, atq̧ oro, ut quod mihi coram uerbo aliquādo receperis te opportune curaturū, id in præſentia certa re comprobes. Hoc erit mihi adeo gratum, ut gratius aliud facere nihil poſſis. Vale. Ex Mediolano. xi. Calen. Septembres. M. cccc. lviij.

Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.
Petit ut aliquid tp̄is amicitiæ officio det.

DElicatior factus es, qui nihil rńdeas. Nolo enim ſuperbiæ crimen tibi homini amiciſſimo obijcere, quod his ſolemus, qui ſepius literis inuitati nihil rńdere cōſuerunt. Scio ſane te eſſe occupatiſſimū, his p̄ſertim tēporibus. Sed erit humanitatis tuæ, ut tēporis aliquid ſurripias tantillū, qđ amicitiæ cōdones officio. Ego inſtitui ad Pium Pontificē ſalutatum accedere. Itaq̧ rogo te omni ope, opaq̧

cures,ut iſtac mihi liceat iter facere. Quid opus ſit, noſti. Vale,& quid de noſtro patritio factum ſit,cura ut ſciam. Ex Mediolano.xi.Calen.Octobres. M. cccc. lvij.

Franciſcus Philel. Nicolao Tranchedino. S.

Excuſat tarditatem literarum,ꝙ non ſit arbitrij ſui.

Q*Vod tardiores ierint meæ ad te literæ,id cauſæ fuit,ꝙ expectabã mihi facultatem fieri per Principẽ noſtrum faciundi itineris.* Non enim *uiuimus noſtro ,ſed alieno arbitrio. Et iuſtus Princeps pro iuſta lege ducendus eſt.*At *uiri oẽs boni ſubiecti ſunt legibus.Iccirco Socrates cum poſſet,noluit e carcere ſe in libertatem uendicare.*Breui *igitur hinc concedã Lucã.Ibiq; tãdiu expectabo,donec mihi fiat,quod amici nomine ſignificaſti.Nã eius mihi fide eſſe tutius nihil poteſt. At ſe ſecurius quidẽ.Erũt etiã mecum filij duo, Marius,ac Xenophon. Cum una erimus, cætera inter nos cõmentabimur.* Vale. Ex Mediolano.ix.Calen.Decembres. M. cccc. lviij.

Franciſcus Philel.Thomæ Senecæ. S.

Maturari petit operam amici.

B*Ertolla noſter,qui ad te uenit,faciet de oĩ ſtatu meo te cumulatiſſime certiorẽ. Qua uero in re tua mihi opera opus ſit,ex eodẽ cognoſces.Itaq; tuum eſt id pſtare,ne fruſtra hoc itineris ab eo ſuſceptũ uideri poſſit.Nõ enim ſum neſcius,& quantũ poſſis authoritate,& gratia, & quantũ etiã mea cã uelle debeas.Sed rudis plane ac dicẽdus ſum,& iudicandus, qui ita ad te ſcribã,quaſi uidear de te ſingulari tua, pſpectaq; charitate dubitare.quare nihil aliud abs te peto , niſi ut cures, ne iſtic diutius* Bertolla *noſter expectet.* Vale. Ex Med. iiij.

Nonas Decemb. M. *cccc. lvij.*

Franci.Philel.Ciccho Calabro Ducali Secretario. S.

Laudat quẽdam fidei in Principem.

DEdi ad te nudiuſtertius literas ex Arimino, qbus certior factus eſſes de his quæ tẽpus obtulerat. Heſterno ueſperi cum ad forum Sempronium uenißem, offendi Iacobum Peruſinũ cognomento Picinum, corpore ſane Tydeum, ſed animi robore ac prudentia Alcidem aliquem. Hic mihi uiſus eſt tanta eſſe in Principẽ noſtrum & fide, & pietate, ut dignus ſane ſit, quem Sphortiani omnes mirifice diligamus, amemusq́. Singularem is mihi beniuolentiam oſtendit, omiſitq́ nihil, quod uel humanitatis, uel benignitatis officium ſaperet. Spero hunc Principi noſtro maxime aliqñ uoluptati fore, & fortaſſis etiã uſui. Cum hæc ad te ſcripſi, eram hinc continuo abiturus, quippe qui audirem Pontificem Pium ex urbe Roma iam deceſſiſſe, petereq́ Peruſiam. Tu me interim ama, ut ſoles. Vale. Ex foro Sempronio. vij. Idus Ianuarias. M. cccc. lix.

Fran.Phil. Iacobo *Lucenſi Apoſtolico Secretario.* S.

Diligentiſſime quẽdam amico cõmendat.

Item excuſat ſe, q ad Sũmum Pontificẽ *non ſcripſerit.*

FRanciſcus Foſſatus *uir nobilis & humanus, idẽq́ ſplendidiſſimus eques auratus eſt mecum ſumma familiaritate coniunctus, hunc ego tibi pro noſtra ſingulari beniuolentia maiorem in modum cõmendo. Facies tu mihi ſane rem admodũ gratam, ſi curaueris, Franciſcus meus intelligat meas apud te cõmendationes ſibi fuiſſe non mediocri adiumento. Quod ut facias, tanto ſtudio abs te peto, ut maiore aliud nihil poſſim. Scio te oĩa cupe mea cauſa,*

nihilq́

nihilq́ omiſſurum, quod huic uiro uel ad rem, uel ad dignitatem profuturũ intelligas. Quare ne tuæ permultæ, ac maximæ occupationes tibi impedimento ſint, quo tardius quod facto opus fuerit, effectum reddas, te etiã atq́ etiã rogo. Vale, & me Sanctiſſimo dño noſtro q̃diligentiſſime cõmenda. Cui q nihil adhuc obſtrepuerim poſt reditum meũ ab urbe Roma, tertiana febris fuit in cauſa, qua quoniã diuina benignitate iam ſum plane liberatus, quod p̃termiſſum eſt, propediem reſartiam. Gregorium Senenſem iureconſultum collegam tuum bene ualere plurimũ opto. Vale iterum. Ex Mediolano. xi. Calen. Iunias. M. cccc. lix.

Franciſcus Philelphus Amareto Mannello. S.

Munera optat comitatu uenire literarũ.

GIs deinceps poſteaq̃ tertiana febre ſum liberatus, tui ad me ierũt pulcherrimi aſparagi, q̃bus & ſi delectatus ſum plurimum, q̃m ab hoie amiciſſimo miſſi eſſent, longe me tñ magis magisq́ delectaſſent, ſi literarũ tuarum ſuauiſſimo comitatu uti uoluiſſent. Id quod nõ præſtitiſſe te, niſi mihi memoriæ occurrerent occupationes tuæ, cum priuatæ, tum publicæ, æquo animo haud ferrem. Erit tamen humanitatis tuæ, ſi cum quid ocij nactus fueris, aliquid mihi ſcripſeris. Vale. Ex Mediolano. viij. Calen. Iunias. M. cccc. lix.

Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Docet q̃bus artibus inſtitui q̃s debeat futurus medicus.

QVod tibi anteaq̃ iſtuc eſſes profecturus, cõſiliũ dedi, idq́ ut faceres iuſſi, idem repetã per literas. Inſtituiſti medicinæ operã dare, quod eius rei nõ modo non reprehẽdo, ſed uehemẽter lau

do. Quādoquidē & medicina poſt magicam atq; poeticā eſt omnium laudatiſſimarū artium uetuſtiſſima,eaq; humano generi admodum neceſſaria,& tu ad iſtiuſmodi ſcientiā uideris natura inclinatus.Vnum autē moneo ac uolo , ne te ante ad medicinæ ſtudium cōferas,q̄ dialecticen ac phyſicen omnem,itēq; mathematicas diſciplinas q̄diligentiſſime didiceris. Quibus quidem ipſis in ſtudijs,quibus p̄ceptoribus uti debeas,id quod te etiā coram monui, conſule hominem mihi amiciſſimū, eruditiſſimūq; philoſophum ac medicum Ioānē Marlianum,quo etiā aliquādo doctore uſurus es.Noui enim hominum conſuetudinem in iſtiuſmodi ſcholis , quanta circūcurſatio ſit , quantæ amicorum præces ad auditores alliciendos.Itaque uolo te non beniuolis hac in re , ſed tibiipſi mihiq; inſeruire. Paucis tenes ſententiam meam. De re pecuniaria ita curabo , ſi intellexero te a monitis,iuſſiſq; paternis nuſquam receſſiſſe. Vale. Ex Mediolano. viij. Idus Iunias. M. cccc. lix.

Franciſcus Philel. Gregorio Lollio iureconſulto,& Apoſtolico Secretario. S.

Filium amico cōmendat.

QVanq̄ ſciebā uel nulla mea cōmēdatione,meos oīs eſſe tibi cōmendatiſſimos, tn̄ ut Marij filij honeſtiſſimæ uoluntati morē gererē,ita eū tibi cōmēdo,ut ne me quidē ipſum,neq; diligētius, nec ex animo magis poſſim.Quod eo facio libētius,quia tibi audeo affirmare talē eſſe Mariū,quē tua ſingulari beniuolētia dignū ſis iudicaturus.Cætera tu ex ipſo cognoſces. Ego non deſino expectare, quod ad me propediē te perſcripturū affirmabas.Id aūt in hanc diē non feciſſe te plurimū miror. Vale.

Vale. Ex Mediolano. vi. Calen. Ianuarias. M. cccc. lix.

Franciſcus Philel. Beſſarioni Cardinali Nicæno. S.

Filium cõmendari orat.

CVm Ioãnes Marius filius Mantuam peteret, Pij Pontificis maximi & ſalutandi, & adorãdi gratia, iuſſi, ut omniũ primum tuam amplitudinem adierit, cui mentẽ ſuam omnẽ animumq́ exponeret. Itaq́ rogo te, ut omnibus in rebus ita eum cõmendatum habeas, ut illos ſoles, quos uel ipſos, uel ipſis natos chariſſimos habes. Hac una re mihi uix quicquã gratius potes facere hoc tẽpore. Vale pater clementiſſime. Ex Mediolano. vi. Calen. Ianuarias. M. cccc. lix.

Franciſcus Philel. Agapeto Romano iurecõſulto, & Apoſtolico referendario. S.

Filio ut adſit amicus, optat.

VEnit iſtuc Marius filius iuuenis, ut uidere poteris, & modeſtus, & doctus. Cauſam acceſſionis ſuæ ipſe tibi coram declarabit. Quibuſcunq́ in rebus poteris, te rogo, ita ei adſis, ut me tuis his uelles, quos maxime diligis, habesq́ chariſſimos. Vale. Ex Mediolano. vi. Calen. Ianuarias. M. cccc. lix.

Fran. Phil. Nicolao Canali iurecõſulto, & eq̃ti aurato. S.

Literas ad ſe ait non eſſe perlatas.

QVi tabellarius diebus ſup̃ioribus meas literas tibi reddidit, ac item has tibi eſſe redditurus, renũciauit mihi iccirco te ſibi nullã dediſſe ad me epiſtolã, quoniã eam alteri, neſcio cui, antea cõmendaſſes. Ego autẽ quod ſcripſeris, neſcio. Vnũ ſcio, me uehemẽter cupere tuas literas, quippe qui nullas acceperim.

Quare ſi meo in præſentia deſyderio morē geſſeris,habeo tibi non mediocres gratias.Vale.Ex Mediolano.v.Idus Ianuarias.M.cccc.lx.

Franciſcus Philel. Theodoro Gazæ. S.

Problemata Ariſtotelis tranſlata mitti ſibi petit.

NOn mediocri afficior deſyderio audiendi tuī, poſteaq̄ uiſendi facultas eſt intercepta. Itaq; facis tu quidē iniuriā,qui totiens græce ſuperiore tp̄e prouocatus a me literis,nunq̄ rn̄deris,nedum uerſu ,ſed ne proſa quidē,cum in utroq; dictionis genere excellētiſſimus ſis.Idē aūt nunc ut Latine facias, rogo.Sunt hic nonnulli perdocti in philoſophia uiri,ac ijdē medici,qui quoniā græce neſciunt,uidere cupiunt, lectitareq; Latine illa Ariſtotelis problemata, quæ annis ſuperioribus in latinum conuertiſti eloquium.Quare mihi rem gratam facturus es ,ſi licebit per te mihi hominibus & amicis, & eruditis gratificari. Aut igitur tuum iſtiuſmodi problematum codicem ad me excribendum mitte, redditurum ad te q̄primum,aut eum iſtic excribi cura,mercedemq; librarij per literas nobis ſignificato, & aduolabit ad te. Id ut propediem effectum cures,te etiam atq; etiam rogo.Præterea me cupio facias certiorem, quo in ſtatu ſint res tuæ, quas fortunatum iri uehementer opto. Vale.Ex Mediolano, pridie Idus Ianuarias. M. cccc. lx.

Franciſcus Philel.Bernardo Iuſtiniano. S.

Gaudet amicum bene habere.

NEſcio quid aliud mihi potuiſſet gratius renunciari,q̄ quod hoc die ex Ioāne Variſino cognoui.Is enim interroganti mihi,rediſſes ne adhuc

ex illa

ex illa regia legatione, & reuertiſſe te reſpōdit, & tibi eſſe ꝗoptime. Qui quidem nuncius eo mihi iucundior fuit, ꝙ Venetus quiſpiam (ut ille de ſe affirmabat, & cui ſuperi maleſaciant) aliter de te mihi reſponderat. Ingentis igitur grates habeo immortali Deo, *ꝙ te mihi ſeruat incolumen. Ioanni autem Variſino gratias quoque debeo non uulgaris, qui me tanta ſollicitudine liberarit, & incredibili animi lætitia affecerit.* Nam *quid mihi potuiſſet iucundius contingere, ꝗ ꝙ certior factus ſum, te habere ꝗoptime, cuius etiam memoria recreabar.* Reliquum *eſt, ut ueterem noſtrã, ſummãq; amicitiam mutuis tum officijs, tum etiam literis ſoueamus, & ei aliquid indies cum opus fuerit, addamus in cumulum.* Vale. Ex Mediolano. *xiij.* Calen. Februa. M. *cccc. lx.*

Franciſcus Philel. *Nicolao Canali, equiti aurato, ac iureconſulto.* S.

Literas interceptas conquerit ur.

Q*Vod ad quintum Idus Ianuarias tibi ſcripſi, idem ut in præſentia intelligas uolo, me nullas in hanc diem abs te literas accepiſſe, quas ita deſydero, ut uix aliud quicquã magis. Quo quidem me deſyderio ſi ꝗprimum leuaueris, habeo tibi gratias immortalis.* Vale. Ex Mediolano. *ix.* Calend. Februarias. M. *cccc. lx.*

Franciſcus Philelphus Petro Perleoni. S.

Adoleſcentem amico commendat.

L*Eonardum Griphum modeſtum adoleſcentẽ, & muſarum in primis ſtudioſum, æque diligo ac ſi eſſet filius. Is a Marcheſio noſtro uiro pſtãti & ꝓhumano accerſitus. Venetias uenit, tum ut*

hominí amiciſſimo,atque optimo more gereret,tum etiam ut urbē florentiſſimā corā ac pſens intueretur.Hunc ego hortatus ſum,q̄diu iſtic futurus eſt,te quotidie adiret. Is a nobis inſtitutus,non latine modo perpulchre callet, ſed græce etiam cœpit. Itaq; rem mihi pergratam facturus es, ſi meo Leonardo plane oſtenderis, tibi mea omnia eſſe chariſſima. Vale cum pudiciſſima uxore,& tuis omnibus. Ex Mediolano.iij.Calen.Februarias. M. cccc. lx.

Franciſcus Philel. Othoni Carreto iureconſulto. S.

Quomodo res habeat, ſcire deſyderat.

AVdiui nūc ex homine amiciſſimo,eo te die meas literas Pio Pōtifici maximo reddidiſſe in naui, quo ex urbe Mātua deceſſiſſet. Quare ſum miratus,nihil abs te mihi literarum in hanc diem redditum eſſe.Itaque rogo te,ut me q̄primum facias certiorem,quomodo res habuerit,& quid ille reſpōderit.Hoc erit mihi uehementer gratum.Vale.Ex Mediolano iij. Nonas Februarias. M. cccc. lx.

Franciſcus Phil.Petro Medici Coſmi filio. S.

Librū repetit,et petit amicū admoneri,ut promiſſa cōpleat.

LIbrum de iocis, & ſeriis,quem ex quatuor illis primis ultimo ad te dedi,ut redire cures ad dominū,te admodū rogo.His aūt rebus ſi cognoro te interdum delectari, reliquos deinceps etiā libros mittā breui. Non poſſum p̄terea non mirari,quid Nicodemi noſtri promiſſa tādiu cūctetur. Itaq; rogo te,ut amicū moneas,neſcire me,in iocis ne,an in ſeriis cum ſuis illis promiſſis ponēdus ſit.Vale.Ex Medio.Idus Februa. M.cccc.lx.

Fran.Philel.Bernardo Iuſtiniano Leonardi filio. S.

Officium

Officium petit amici in præſentia.

QVanq̃ ĩtelligo uel ex proximis tuis literis mea tibi oĩa cordi eſſe, p̃ſertim ea quæ mihi & honori, ut ſcribis, & cõmodi eſſe ducas, tamẽ nõ deſinã abs te petere, ut ſi qñ id maxime aut feceris, aut facturus ſis, in præſentia ita facias, ut oẽs intelligant tuam erga me beniuolentiã tantam eſſe, q̃ quæ maxima uel dici poſſit, uel cogitari. Nam quã in re tua mihi opera uſui eſſe queat, te non præterit. Quantum autem ualeas & authoritate, & gratia apud oẽs, non ſum neſcius. Vale. Ex Mediolano. vij. Calen. Martias. M. cccc. lx.

Franciſcus Philel. Nicodemo Tranchedino. S.

Hortatur amicum, ut quæ promiſerit ſibi, perficiat.

QVæ hinc abiens curaturum te recepiſti, ſi dabis operam ut efficias, fiet non mediocris acceſſio ad meum in te amorem, qui tamen eſt tantus, ut augeſcere nullo pacto poſſe uideat. Expecto indies magis atq; magis literas tuas officij plenas, & diligentiæ, quæ ſpes ne me fallet, uehementer opto. Nam quantum mea cauſa uelis, non ignoro. Præterea non te fugit, quod debetur uiuis, ſi mortuis præſtetur officium, non eandem gratiam præ ſe ferre. Reliqua tu uel me reticente cognoſcis. Tu ſatis ſuperq; efficies, ſi quantum poteris, feceris. Nec enim conſilium & diligẽtia minus laudi ducitur, q̃ euentus. Orationẽ illam noſtram, quã uidere cupiebas, ex Donato Actiolo conſequere. Vale. Ex Mediolano. vij. Calẽ. Martias. M. cccc. lx.

Franciſcus Philel. Marcheſio Variſino. S.

Petit ab amico, ut hortetur filium ad uirtutẽ.

CVm tuæ me omnes literæ ſemper delectarũt, tum hæ potiſſimum, quas hoc die abs te acce pi. His enim me certiorẽ facis, quanta cũ om nium nõ grauiſſimorũ ſenatorum modo, ſed illuſtriſſimi etiã iſtius Principis beniuolẽtia & laude, Ma rius filius & dictauerit publice in ſenatu, et docuerit. Quæ quidem res & ſi ob alias permultas rationes mihi pergrata eſt, ob eam tamen admodũ iucunda, ꝙ in eius ciuitatis por tu ancoras eſt iacturus, quæ & uentorũ omniũ uacat turbi ne, & optatiſſima quiete quadam, tranquillitateq́ʒ abundat. Itaq́ʒ meo noĩe filium hortare, ut nullis neq́ʒ uigilijs, nec labo ribus parcat, quo expectationẽ iſtam, quã de ſe tam multam, tam ꝑclaram apud florentiſſimũ, eundẽq́ʒ ſanctiſſimũ Vene torum Senatũ fœlici initio concitauit, eam non ſolum indies amplificaſſe, uerum etiam ſuperaſſe exiſtimetur. Nihil eſt ei ad ſummam laudem, utilitatẽq́ʒ defuturũ, ſi ſtudium atq́ʒ di ligentiam ingenio ſimul, doctrinæq́ʒ addiderit. Quod de Xe nophonte filio ſcripſiſti, non improbo, facilitatis modo con ſtantiæq́ʒ meminerit. Vale. anime dimidium meæ. Ex Medio lano. v. Nonas Martias. M. cccc. lx.

Franciſcus Philelphus Bernardo Pontano. S.

Fecit amico poteſtatẽ ſui, ne ingratus ſit.

ET officium tuũ in Mariũ et Xenophonta filios, & ſingularem beniuolẽtiã erga me, facio equi dem plurimi. Tibiq́ʒ habeo gratias, ꝙ cum nihil ipſe de te meruerim, tanta in me ac meos, & hu manitate, & benignitate ſis uſus. Itaq́ʒ ſi quid in me eſſe ani maduerteris, quod tibi uel uſui eſſe poſſit, uel uoluptati, ita id eſſe in tua poteſtate poſitum exiſtima, ut quæ maxime tua ſunt.

ſunt. Nam eo ingenio ſum, his moribus inſtitutus, ut nihil ſit quod malim, q̃ & gratiſſimũ haberi me, & a nemine benefi cio ſuperatum iri. Quare uti me potes omnibus in rebus pro arbitrio tuo. Vale cũ Petro noſtro, ac reliquis tuis omnibus. Ex Mediolano. iiij. Idus Martias. M. cccc. lx.

Franci. Phil. Lodouico Cardinali Aquilegienſi. S.

Auxilium impendi ſibi petit.

Quam mihi uehementer tua nõ ſolum opera, ſed ope etiam atq; auxilio opus ſit pater humaniſſi me, cum ex alijs ſuperioribus literis potuiſti lu cide animaduertere, tum ex his maxime, quas ad octauum Calen. Martias ad te dedi. Nunc autem quod ſcri bam, noui aliud nihil habeo, niſi ut intelligas tanto me deſy derio expectare literas tuas, ut maiore aliud nihil. Oĩs pro fecto ſpes mea in te uno poſita, ac locata eſt. Et quantum ua leas ſcio, & q̃ me diligas, non ignoro. Itaque te etiam atque etiam rogo, oro, obſecro, ut quod abs te petij, tam ſummope re, q̃ celerius fieri poterit, effectum reddas. Hoc erit mihi ue hementer gratum. Nec tu officium in me tuum unq̃ accuſa bis. Vale. Ex Mediolano. xiij. Calen. Apriles. M. cccc. lx.

Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Laudat filij peregrinationem.

Feciſti me proximis tuis literis certiorem de na uigatione tua ad Rhaguſinos, id quod etiam poſteaq; ſoluiſti e Venetijs, Marius mihi ſignifi cauit. Ego autem & ſi malueram pro paterno affectu in Italia eſſe te, tamen cum norim & nobilitatem, & ſplendorẽ reipublicæ Rhaguſinæ, æquo animo fero abſentiã tuam, præſertim cum iccirco Vlyſſem Homerus prudentiæ laudarit, q; & urbes, & mentes multorum hominum cogni-

tas illi meminit. Sic enim in Vlyſſeæ principio ait.

Callentem dic Muſa uirum, qui mœnia ſacræ.
Diruta poſt Troiæ, multumq́, diuq́ pererrans,
Et mentis hominum multorum nouit, & urbes.

Atq́ ibi ſane cuiq́ patria eſt, ubi bene eſt, nulliusq́ loci terminis uir ſapiens circũſcribitur. Itaque non abſurde Socrates cum interrogaretur, cuias eſſet, ſe non Athenienſem, ſed mundanum eſſe reſpondit. Tuum igitur fuerit id præſtare, atque efficere, ne fruſtra iſtuc profectus uideare. Quod ſi ſtudio, diligentiaq́ curaueris, cum mihi afferres uoluptatem non mediocrem, tum laudi tuæ, atq́ emolumẽto plurimum conſules. Reliquum eſt, ut me facias q̃primum certiorem, q̃ te locus iſte, cœlumq́ delectat. Eſt enim tibi bonæ ualitudinis ratio haud negligenda. Nos hic omnes in hanc diem bene ualemus. Si quid iſtic habetur de Turcis, cura ut ſciam. Maximos in Italia bellorũ motus paratũ iri animaduerto. Vale. Ex Mediol. x. Calen. Apriles. M. cccc. lx.

Franci. Phil. Bernardo Iuſtiniano Leonardi filio. S.

Beniuolum facit amicum ad hoſpitalitatẽ ſuis exhibendam.

XEnophon filius ad Rhaguſinos profectus eſt. Scripſit ſe propediẽ inde ad me miſſurum ſeruas duas, petijtq́ ſe facere certiorẽ, apud quẽ eas Venetijs diuertere curaret. Cui r̃ndi, neminẽ eſſe iſtic qui cũ maior mihi, aut antiquior familiaritas, hoſpitiumq́ ſit, q̃ tecum uno. Itaque ſeruæ illæ diuertent apud te. Quod cum fiet, & tu mihi rem ſignificabis, mittam qui & ſeruas ad me perducat, & quod pecuniæ opus fuerit, ſoluat. Vale. Ex Mediolano. x. Calen. Apriles. M. cccc. lx.

Franciſcus Philel. Ioanni Petro Eutychio. S.

Parari poſtulat quæ ad iter faciundum opus erunt.

MArius filius, id qđ audiſſe te puto, eſt his diebus a Florētiſſimo Venetorū Senatu honorifice conductus ad docendū Venetijs oratoriam, ac philoſophiā. Id aūt eo pluris faciundum exiſtimo, ꝙ antea nemini unꝗ contigit. Is in præſentia huc eſt uēturus, ut uxorem & filios, reliquāq; familiam Venetias ſecum transferat. Faciet autem ueniens iſtac iter, Eſtq; ei neceſſe iſtic conducere ad Mediolanum uſque, & mulum cum mulione, & equos duos. Quos ut antea diligenter pares uelim, ne cum iſtuc nauis appulerit, diutius ſit in mora. Maximum mittam tibi ad paucos uſq; dies. Vale. Ex Mediola. vi. Calen. Apriles. M. cccc. lx.

Franciſcus Philelphus Blaſio Gyllino Abbati. S.

Arguit quendam officij neglecti, aut ſpreti.

ANgelus Actiolus nobilis Florentinus, & idem ſplendidiſſimus eques auratus, mecū nudiuſtertius queſtus eſt, ꝙ orationes meas, quas apud te ea lege dimiſerat, ut eas mihi ꝗprimum redderes, non modo nō reddidiſti, ſed a ſe ꝗſæpiſſime hortatus, ut officio fungaris, id non modo non facis, ſed ridiculo ducis eius omnē adhortationē. Itaq; ſum miratus, ꝙ & uir religioſus, & abbas tot iam annos diſtuleris ea domino reſtituere, quæ bona fide poſſidere non potes. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris. vi. Calen. Apriles. M. cccc. lx.

Fran. Phil. Bernardo Iuſtiniano Leonardi filio. S.

Gratias agit mirifice.

ET ſi mihi dubium nunꝗ fuit, meos oīs tibi eſſe chariſſimos, tñ cum proximis diebus ex Mario filio corā didiciſſem, quanto cū ſtudio, & charitate eius omnibus cōmodis, honoribusq; ſem-

per aſſueris, uix dici queat, q̃ me tua opera delectarit. Nam cum uideo eam amicitiã, quæ mihi primũ cum patre tuo, ſapientiſſimo atq; ſummo uiro maxima fuit, deinde tecum tanta eſt, ut nihil ad cumulum queat accedere, transfudi etiam tanquam hæreditario quodam iure in poſteros noſtros non mediocre mihi, atque meis omnibus patrimonium adeptus uideor. Itaq; non poſſum mihi non lætari plurimum, q; optatis meis ita reſpõdeas, ut tibi gratulandum exiſtimem, q; ita humanus es, ita benignus, ita patris tui ſimillimus. Ego autem, quod ad me attinet, ſi cæteris in rebus abs te ſuperabor, amandi tamen officio nunq̃ profecto ſim ſuperandus. Reliquum eſt, ut quæ pro filio Mario fundamenta optima uel tua diligentia iacta ſunt, ea omni robore ſtabilienda cures. Hac una re mihi gratius facere nihil poſſis. Vale. Ex Mediolano, Calen. Maijs. M. cccc. lx.

Fran. Phil. Iacobo Lucenſi, Apoſtolico Secretario. S.
Reſponſum petit.

AD eas literas, quas Idibus Martijs tibi reddẽdas ad Othonẽ Carretũ dederã, q; nihil in hanc diẽ reſpõderis, miror. Nam cum ignoro, utrum tuæ uoluntati morem geſſerim ea in re, quã ex me ſcire cupiebas, tum uehementer expecto ex te intelligere, quæ ſit Pontificis Pij ſententia de officio noſtro. Itaq; rogo te, ut me q̃primum his de rebus facias certiorem. Vale. Ex Mediolano. iiij. Idus Maias. M. cccc. lx.

Franciſcus Philel. Iacobo Antonio Marcello. S.
Amicitia q̃uo orta ſit inter ſe & alium quendã, narrat.

INſitã eſſe natura animis hoĩum uim quãdã ſimilitudinis, diſſimilitudinisq;, cũ ad cæteros motus, tũ ad amorẽ, et ad odiũ, q̃ p̃bi uoluerũt, nihil a ue

ritate ſenſiſſe alienū mihi uideri ſolent, & id qdē non in hoibus ſolum, ſed in reliquis quoq; animantibus late patere. Quod ut de alijs animalibus breuitatis cauſa prætereā, quotidie uſu uenit, ut hi qui ſe nunquam uiderint, neque aliud quicquam commercij conſuetudinisq; inuicem habuerint, ſe tamen quodam naturæ ſuaſu diligant, & alteri de alteris bene audire perlibenter uelint. Accepi ex multorum ſermone, me tibi eſſe chariſſimum, ꝙ honorifice de me loqueris, ſentisq; peramice. Quod certe fuit eo mihi iucundius, quoniam mea de te opinio haud quaquā me fefellerit. Cum enim una omnium uoce didiciſſem, magnum te eſſe uirum, eundemq; perhumanum, & illorum apprime ſtudioſum, qui bonis artibus dediti, immortalitatem maxime & ipſi ſequerentur, & alijs pararent, illico ſum accenſus in amorem tui, teq; dignum exiſtimaui, quem propter innumerabilis tuas egregiasq; uirtutes, quantum ipſe cura potero, diligentiaq; præſtare, faciam immortalem apud omnem poſteritatem. Tuum igitur fuerit non aſpernari officium meum, quādoquidem ipſe omnia cupio gratificari tibi. Vale. Ex Mediolano, pridie Idus Maias. M. cccc. lx.

Franciſcus Philel. Ioannino Barbato. S.

Minatur cuidam, niſi libros reddat.

QVantum uidere, uideor, ridiculo tibi ſum. Nā meos carminum libros totiens repetitos, reſtituere mihi negligis. At ego mihi uerba dari longius certe non patiar. Turpiſſimum enim eſt, Franciſcum Philelphum imberbem duci a Ioannino barbato. Itaque aut rem mihi meam reſtitue q̄primum, aut ubi ita malis, tibi litem apud Principem paratam eſſe intellige. Nam qui alios ridere nunquam conſueui, ride-

ri abs te nolo. Vale Mediolani ex ædibus meis. viij. Calend. Auguſtas. M. cccc. lx.

Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Crebriores literas filij petit.

FEci te ad tertium Nonas Iulias per literas certiorem me nihil literarum tuarum accepiſſe, poſteaq̃ ex Venetijs ſolueras, præter eas, quas ad. iij. Calen. Apriles Troili ſcribæ ad me dederas, cum interea tẽporis ſecundum, & nunc tertiũ tibi ſcripſerim. Quod eo etiã magis miror, ꝙ Marius mihi ſignificauit, ſibi redditas eſſe abs te literas, quibus cum nullæ prorſus iſſent ad me. Ego autẽ & ſi augur or, ut res habet, operepreciũ tamen duxi te cõmonefacere, ſi quando ad me ſcribis, ut cures tua omnia ſcripta redditum iri Venetijs, aut uiro Patritio Bernardo Iuſtiniano Leonardi filio, aut ducali oratori Antonio Guidoni bono. Nam Marcheſius redijt Mediolanum. Tu ſi quid uelis, ſignificato. Nos hic omnes ualemus recte. Vale. Ex Mediolano, Nonis Auguſtis. M. cccc. lx.

Franciſcus Philelphus Mario filio. S.

Arguit filium, ꝙ patrem accuſet.

QVod expoſtulas meas literas minus ſæpe ire ad te, partim ipſe tu partim occupatiões meæ ſunt in cauſa. Quod ſi tuam ipſe cauſam ſuſtuleris, ego quoque meas omnis occupationes amouebo. Noli iuuenis cum ſene de prudentia contẽdere, neq; cum patre filius. Noli uerſutiã calliditati anteponere. Ratione utere, & cõſilio. Id ſi feceris, nunq̃ me incuſabis, nec ulla in re deſyderabis paternũ officium. Quod Marieta meliuſcule ualet, gaudeo. Cæſarẽ meũ bene in literis proficere, plurimum

lætor. Velim cætera quæ uel ad teipſum, uel ad reliquam familiam attinent, diligenter cures. Ad Xenophonta reſpōdi. Tu quod ad Hugulotum reſpicit, ne diutius neglige. Bernardum Pontanum noſtrum bene ualere opto. Vale. Ex Mediolano. x. Calen. Septembres. M. cccc. lx.

Franciſcus Philel. Xenophonti filio. S.

Monet filium, ut & ſæpius, & apertius ſcribat.

MAlo te negocioſum eſſe, q̃ ocioſum, mō negocia tibi tua aut dignitati ſint, aut commodo, quod ſine dignitate incōmodum eſſe puto. Nam per *literas, quas modo ad* Sextum Calen. *Auguſtas dediſti ad me, adeo te oſtendis occupatū, ut nullum tibi tempus relictū uideatur ſcribendi ad patrē. Quod das, accipio. Et facis tu fortaſſe ex officio.* Ego *aūt auguror, neſcio quid. In hanc diem accepi ſecundū abs te literas, poſteaquā* Rhaguſiū *es profectus. Si te negligentiorē, aut minus cautum animaduertero, tu quoq; tardioris uidebis epiſtolas meas. Scripſiſti omnia iſtic ardere.* Id *dici puto ob imminens a* Turcis *periculum.* Vellem *ſcripſiſſes & latius, & apertius, ne mihi Sibylla interprete opus eſſet. Quod amicus iſte tuus cupit uidere aliquid ex noſtris ſcriptis, dabo operam. ut tibi mos geratur.* Nos *hic ualemus omnes. Cura etiā, ut tu ualeas, & hominibus ſis, deoq; chariſſimus.* Ex Mediolano. x. Calen. *Septembres.* M. *cccc. lx.*

Fran. Phil. Laurētio Piſaurenſi Parmenſiū *præfecto.* S.

Religioſi amico commendantur.

ET *ſi ignarus certe non eram, uel ſine ulla cōmēdatione mea nihil eſſe apud te antiquius iuſtitiæ, pietatiſq; officio, tamen ut intelligeres, q̃ mihi rem gratam facturus eſſes, ſi negociū reli*

gioſorum fratrũ ſanctæ Mariæ ſeruorum, qui appellantur, ita curaueris, ut iſti oẽs intelligant meam de ſe cõmendatio- nem fuiſſe ſingularẽ, libuit abs te petere, ac etiã ſi opus fue- rit, contẽdere, ne patiaris eſſe fruſtra itum ad me. Nemo eſt enim, qui amicitiã noſtrã ignoret. Quã ut huiuſmodi quoq; munere clariorem omnibus facias, rogo. Noſti pudorẽ meũ. Nunq̃ auſim tantopere a te aliquid petere, quod ab honeſta- te abhorrere uideatur. Vale cum tuis omnibus. Ex Mediola no. vij. Calen. Septembres. M. cccc. lx.

Franciſcus Philel. Ioanni Aloyſio Guidobono. S.

Operam a ſe petitam rẽijcit in alterum.

FVere nõnulli Veneti, q a me per literas meos carminũ libros excribẽdos petierunt. Quibus ego ſigillatim geſſiſſem q̃primũ morem, ſi tot mihi eius operis fuiſſent exẽpla. Sed cũ nullũ mihi omnino relictum ſit, præter id unum, qđ initio ſcripſe ram, exiſtimaui hoc pacto ſatis ab me iri omnibus factum, ſi tibi huiuſmodi prouinciam pro noſtra beniuolentia delega- rem. Itaq; dedi ad te eum ipſum carminum codicem, manus meæ, ut uides, feſtina exaratum arundine. Cuius tu ita pro tua prudentia feceris omnibus copiã, ut intra ſextũ menſem codex ad dñm redeat. Vale, & patrẽ tuum grauiſſimũ uirũ uerbis meis ſaluere plurimum iube. Ex Mediolano, Idibus Septembribus. M. cccc. lx.

Frã. Phil. Hieronymo Caſtello, philoſopho, ac medico. S.

Operam petit amici.

QVi tibi reddidit meas literas, qua in re tua ſit opus opa, corã uerbis meis exponet. Scio quanti me facis, et q̃ tibi charus ſim. Itaq; nõ eẽ opus i- telligo, ut te aut rogẽ hoĩem amiciſſimũ, aut hor-

ter uirũ diligentiſſimũ & optimũ.Quod ſi dederis operã, ne fruſtra in te ſpem pcipuam collocarim, ĩmortali me affi cies bñficio. Vale. Ex Medio.iiij. Idus Martias.M.cccc.lxi.

Franciſcus Philel.Lodouico Caſellæ. S.

Beneficiũ beneficio accumulari orat.

SIngularem tuã erga me beniuolentiã multis tuis, pmagniſqꝫ officijs ſum exptus.Meus aũt in te ani mus qualis ſit,qualiſqꝫ ſemper fuerit,ea tibi eſſe debet certiſſima cõiectura qꝫ es de me ſæpe meritus q̃optime.Quo fit, ut omnibus meis in rebus non ſecus te utendũ exiſtimem,q̃ & amiciſſimo,& optimo uiro.*Itaqꝫ tuũ eſt,ut beneficio cumules,tibiqꝫ perſuadeas,eum mihi animum eſſe, ut ſi minus referre,habere tamẽ gratiam non minus poſſim, q̃ uelim,nec minorem agam, q̃ debeam.* Vale. Ex Mediolano *iiij.Idus* Martias. M. cccc. *lxi.*

Frã.*Phil.Catoni Sacco iurecõſulto,& oratori.* S. D. P.

A*d* q*õnes a philoſopho quodam propoſitas rñdet.*

VIdeo te eſſe admodũ ocioſum,utpote q a legũ ac iu ris ciuilis ſtudio tãtiſper uenia exorata,donec con ſtitutæ uacationes pterierint,te oblectãdi gratia, ut es hõ uoluptarius,his qõnibus obtuleris,quæ & iucũdæ ſunt,& hoĩe urbano minime indignæ.At ego nequaq̃ rñdebo tibi,ut Ariſt*oteles,aut* Plato,*ſed ut* Philelphus.*Si quid uero acutius uolueris,tuã iſtã academiã conſules.Sequar au tẽ ordinẽ propoſitarũ a te qõnũ.Et primũ tu quidẽ petis,qd cãæ eſſe putẽ,qꝫ hebræi oẽs natura fœtẽt. Vtrũ hebræi oẽs, ut tu ais, fœteant,an id minus,nihil cõpertũ habeo.Sed qd in cã eſſe queat,ut nonnulli malũ odorẽ, & pleriqꝫ bonũ de ſe pbeãt,poteſt utrũqꝫ in alijs natura,in alijs more accidere.*

Nam qui cibo ſunt, aut potu inferiores, hi male concoquant neceſſe eſt. Ex cõcoctiõe aũt mala, aut morbi manãt alij atq; alij, aut p ſudorẽ ea reſoluit. At iſtiuſmodi ſudor, quẽ fœtu lẽta emiſerit cõcoctio neceſſario odorẽ cõcoctioni ſimilimũ. Ex illiuſmodi aũt humore, ſiue is intrinſecus p cutẽ emerſerit, ſeu in ſupficie ſit mẽbrorũ, triſtis ſane odor exhalatur. Nec in hebræis id offenſionis magis accidit, q̃ in oĩbus qui uiuũt incõtinẽter, ſiue cibi ac potus incõtinẽtia, ſiue ẽt aliter. Sed fortaſſe eo magis ĩ hebræorũ genere id uſu uenit, q pleriq; oẽs mẽſarij ſunt, fœneratoriã exercẽtes, & ita nullis exercitati laboribus. Quo ſit, ut nimio ocio qeteq; marceſcẽtes, tetrũ de ſe odorẽ emittãt, ſit neceſſe. Cõtra aũt q ſobrie, tẽperãterq; uitã agũt, ſeq; Perſarum more aſſidue exercẽt, aut equitãdo, aut ambulãdo, aut aliter ingenue, hi certe non mõ nõ male olent, ſed bñ potius. At ſunt ſane q natura delectãt odore ſuo, ut de Alexandro Macedonũ rege legit, cuius ẽt ueſtimẽta, q̃ eius corpus contigiſſent, gratũ odorẽ exhalarẽt. Id uero ob aliã nullã fiebat rõnẽ, q̃ ob maximũ calorem corporalis illius tẽperamẽti. Quare nõ eſt mirandũ, ſi qñq; Alexãder in iram adeo exardeſceret, ut eos ẽt quos habebat chariſſimos, interimeret. Qđ tũ maxĩe accidebat, cũ ad naturæ feruorẽ uini æſtus in potu accederet. Nã ex nõ adulterato naturæ calore, cũ alia bona, et utilia pmulta, tum ſuauiſſimus odor gignit. Quæ qdẽ res uel ea rõne probari põt, q et caſiæ, & cinnama, & thus, et cætera hmõi odorifera pigmẽtorũ genera nõ niſi ĩ Arabia, et calidiſſimis regionibus oriũtur. Qđ ſi hi q ſunt calido corpis tpamẽto, natura bene olẽt, hi neceſſario olẽt male, q frigido ſunt, & humido, ut de pituiticis licet intueri. Quo ĩ genere populi ſeptẽtrionales fere

ſunt oẽs, q̃ ad frigiditatẽ et humorẽ tp̃amẽti, ubi uitæ quoq; ac uictus incõtinẽtiam adiũxerint, oĩ ſunt nauſea tetriores. Qđ aũt petis ſcđo loco, qua rõne fieri cẽſeã, ut autũnali tp̃e appetẽtiores ueſcendi ſimus, q̃ alijs anni tp̃ibus. Ad id quoq; qđ ſentiã, nõ ambigã tibi oſtẽdere. Sũt qui arbitrent̃ id accidere copia atq; uarietate illorũ fructuũ, qui p̃ id tp̃is ex arboribus manant, ut ſunt mala, pyra, pruna, caſtaneæ, molluſcæ, ficus, uuæ, ſorbula, miſpula, cæteraq; hmõi prope innumerabilia pomorũ, nucum, atq; baccarũ genera. Nãq; iſtiuſmodi eſculentorũ illecebris guſtus delectatus, ut ſtomachum ueluti ad ea admittẽda inuitat, ita ad cõcoquendũ reddit ardentiorẽ, q̃bus ẽt humectatus uẽter, qđ ſuſcepit, & facilius deijcit, & celerius. Vñ ſtomachus onere uacuus, aſſiduus appetit ĩpleri. Eã uero rõnẽ nitũtur cõfirmare ex ægrotantiũ cõſuetudine, qui per hmõi fructuũ eſum recuperãt ueſcẽdi appetitum. At hmõi mihi cauſæ autũnalis edacitatis minime probãtur. Pyrorũ enim & ficuum, & uuarũ, ſimiliũq; fructuũ eſculenta, & humectant ſtomachũ, & frigidiorem efficiunt. Id aũt ut cõcoctioni detrimẽtoſum eſt, ita etiam comedẽdi appetitũ aufert. Itaq; alia mihi cõmodior occurrit, & probabilior ratio. Autũnũ æſtas anteceſſit. At per æſtatẽ intimus ille calor noſter & proprius, quo naturaliter alimur, deſpergit, fitq; ĩbecillior, ac rarior. Idẽ in autũno cogit̃ rurſus, receptusq; penitus intra corpus propter eius dẽſitatem, atq; refrigerationẽ exteriorẽ, uim ſuam, roburq; reaſſumit. Præterea cũ p̃ æſtatẽ magis utimur potu, q̃ cibis, itẽ humidioribus ob caloris magnitudinẽ, natura in autũnali tp̃e mutationis cupida, contrarium quærit. Itaq; nos maiore afficit fame, ſiccũq; alimentũ corpus reddit tp̃amẽto. Quid uero in

cauſa rear eſſe,ut cygni in aĩa efflanda, & ſonorius canãt, & dulcius, dicã audacter qđ ſentio. Neq; me hoc loco deter*rebit ab animi iudicio Platonis authoritas, apud quẽ diſpu*tat Socrates, Cygnos iccirco in morte ſonãtius canere, ac me*lius, qm̃ tum maxime p̃uideãt ĩmortalitatẽ animorũ.* At ipſe *id puto natura fieri, quæ ſtudioſa cõſeruãdæ ſui, uitales oĩs ſpiritus p corpus diſperſos cõtrahit ad cor, tanq̃ arcẽ uitalis p̃ſidij, ac roboris. Sed ubi natura fruſtra diu multũq; luctata, neceſſitati parere tãdẽ cogit, ſpiritus illi deſerta cordis ſtatione emergẽtes, ĩpetu quodã intrinſecus p anularis illos lõgiſſimi colli ambitus ad os ip̃m, ſonũ quẽdã pleniorem efficiũt muſici cãtus ſimilimũ.* Ad poſtremũ aũt quæſitũ eſt *a te, q̃d remedij afferre queat, quo minus quis ebrietate ſuperet in liberiore conuiuio, qđ* Græci. συμποσιον *noĩant.* Et ad iſtud quoq; *facilis eſt r̃nſio.* Druſus Germanicus Ty*berij* Cæſaris *frater, ut erat uir & liberalis, & gratioſus, iſtiuſmodi tuo cõuiuij genere delectari ſolitus traditur.* Cõ*uiuis aũt reliquis ebrietate correptis, ſolus medicus uino ſuperior eſt inuẽtus, cũ is tñ lõge magis, q̃ alius quiſq; ſeſe potu obrueret. Sed poſteaq̃ eſt aĩaduerſum, cõſueſſe medicum, anteaq̃ bibere incipet, ueſci ſemper quinque, aut ſex amaris amygdalis, ubi id facere eſt a* Druſo *prohibitus, mox poſt paruũ etiã potũ ebrietati cõceſſit.* Potes *igitur ẽt tu, qñcũq; uel* Germanos, *uel* Burgũdiones *tuos, qui et ipſi quoq; ex* Ger*mania olim profecti, in* Gallia *cõſederũt, iſtiuſmodi cõuiuio acceperis, ſolus uideri ſobrius, ſi uolueris p hmõi amarorum eſum amygdalorũ uino iter prohibere in uenas.* Quod *ſi huiuſce rei quæſieris rõnẽ, ea mihi uidet eſſe, q; uis amaritudinis naturaliter deſiccat, atq; cõſumit humiditates.* Itaque ex

omnibus

omnibus liquoribus amarus maxime guſtum offendit (ut ait Plato) utpote qui linguæ uenulas, quæ & molles ſunt, & rariores, cõtendit humiditatibus ex ariditate reſolutis. Videmus etiam ulcera amaris medicamentis extenuari, ac purgari. Sed hæc phyſicis relinquamus, & medicis. Vale. Ex Mediolano, Nonis Aprilibus. M. cccc. lxi.

Franciſci Philelphi Epiſtolarum Familiarium, ac adoleſcentibus magis conducentium.

FINIS.

ANGELI POLITIANI QVÆDAM *Familiares Epiſtolæ ad uiros Illuſtres.*

Angelus Politianus Cæſari Carmento. S. D.

C*Ontemni te putas, q̃ nõ reſcribo. Contẽnerẽ, ſi reſcriberẽ. Quos enim contẽno, rñdere his audeo uel occupatus, tibi nec ocioſus. Vale.*

Angelus Politianus Iacobo Modeſto ſuo. S. D.

d *Oles q̃ nõ reſcribã. Dolere deſine, iã reſcribo. Vale.*

Angelus Politianus cuidam. S. D.

N*On præſtas quæ pollicitus. Cõqueror, ſi oblitus, magis etiã ſi non oblitus. Oblitũ fuiſſe, uix amici eſt, Nõ præſtare cum recorderis, prorſus inimici. Vale.*

Angelus Politianus Pico Mirandulæ. S. D.

Q*Væ uellem corrigeres, tu laudas.* Hoc *uero facile facis, quod ſemper facis. Vale.*

Angelus Politianus Amico. S. D.

I*Raſceris q̃ iſte me Simius carpit. Nõ iõ me carpit, ut carpat. Sed ut ſibi uictũ q̃rat hõ famelicus apud quoſdã, qui*

multũ gaudẽt aſſentatoribus, plus tñ detrectatoribus. Vale.

Angelus Politianus Amico. S. D.

SI te ob diuitias amare cœpiſſem, deſiſſem tibi nũc eẽ amicus, cũ tu deſiſti eſſe diues. Verũ ſi nunc deſiſſem, ne tũ quidem cum fuiſti diues, fuiſſem tibi amicus, ſed adulator. Quod eſſe qui poteſt, is eſſe liber non poteſt. Vale.

Angelus Politianus Amicis. S. D.

MVlti ſimul epiſtolas poſcitis. Multis ecce mitto, ſed unicã. Cõuenit unica multis, quos unice diligo. Quæ tamen erit ut multæ, quando multi legetis. Valete.

Angelus Politianus Inuido.

INuides oĩbus oĩa, præter inuidiam. Sed & hanc inuides tuo cõpatri, qui magis inuidus etiã q̃ tu. Sic inuidiã tibi non inuidet, quam tu illi tamẽ inuides, Ita rurſus ille minus inuidus. Qui ſitis non dicam, ne miſeriores faciam, q̃ nunc eſtis. Nam ſi nomen ueſtrũ proferrem, nomen quoq; ipſum uobis inuideretis, nec uterq; utriq; modo, ſed & uterq; ſibi.

Angelus Politianus Maledico.

MAledicẽti nõ remaledico, ne maledicere mihi tu forſitã deſiſtas, hoc ẽ, ne laudare me deſinas. Quis enĩ laudat uerius, q̃ cui maledicit a malo uiro? Te uero appellare malũ uirũ, tãtũ a maledicto abeſt, ut nihil dici poſſit melius.

Angelus Politianus Laurentio Medici. S. D.

CYgno poeta ſimilis, uterq; candidus, uterq; canorus, uterq; fluuios amans, uterq; Phœbo gratus. Sed negatur canere cygnus, niſi cum Zephyrus ſpirat. Quid igitur mirum, ſi taceo tãdiu tuus poeta, cum tu tãdiu non ſpires meus Zephyrus? Vale.

Angelus Politianus Pico Mirandulæ. S. D.

VIncebar abs te prius doctrina, uincebar ingenio. Sed uinci tñ lætabar, atq; adeo lætor, q̃m te diligo, quin ob hoc ip̃m diligo, ꝙ his uincor. At nunc & *humanitate me uincis.* Hoc *equidem ferre nequeo, q̃m turpe. Sed iam fero.* Nihil *enim turpe mihi, quod honeſtum tibi.* Vale.

Angelus Politianus Amico. S. D.

DOles ꝙ amicus in diſputatione te uicerim, dolere non debes. Nā *ſi ſunt amicorum cōia oīa, nō magis q̃ tu uictor ego, nec minus q̃ tu uictus. Sed hoc tu fortaſſe doles, ꝙ hac amicorū lege, nec ego plane ſum uictor, q̃ te uici.* Vale.

Angelus Politianus Amico. S. D.

REprehēdebā tacitus, ꝙ te diutius oblectares in agro. Cum mihi redditus abs te Calathus *floribus plenus, & quidē roſidis adhuc multicoloribus, ac ſuaue olentibus. Inuidere (fateor) tibi agrū uolebam, qui flores tam pulchros educaret. Sed ut epiſtolā tuā deinde legi floribus alijs multo pulchrioribus cumulatā, q̃ calathus fuerat, inuidere potius agro cœpi, q̃ de tuis (ut mihi uidet) epiſtolis floruiſſet. vale.*

Angelus Politianus Amico. S. D.

DOlui uehementer, lætatus ſum uehementer. ꝙ ægrotaſti, ꝙ & conualuiſti. Vale.

Angelus Politianus *cuidam.* S. D.

MItto lilia, non ut gratum faciam tibi, quāquam tibi quoque, ſed ut ipſis lilijs, hoc eſt, ne marceſcant. Vale. Ferrariæ, Idibus Auguſtis, Anno a Natali Chriſtiano. M. cccc. *xciiij.*

FINIS.

Venetijs 1539.

[library stamp]